



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber XIX. De militaribus personis, & re militari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

lis, ne Christianum mancipium hereticus, vel Iudæus habeat. *lib. 1. C. tit. 13. & de paganis & sacrificiis eorum, eod. lib. 1. C. tit. 14. Et tit. de Iudæis, ap. Greg.* Hinc sacrificia quoque pagana prohibita apud summos pontifices, *ca. licet nobis, de prob.* Alio modo omnes pagani sunt, qui non sunt armati milites, vt apud Iuuenalem Satyr. 16.

— *citius falsum producere testem*
Contra paganum possis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati.

Et apud Suidam pagani etiam opponuntur militibus, et si vrbani sint, nempe *de reg. iur. adfert* que hunc locum *αὐτὸν γινώσκοντες τὴν ἀρετὴν ἢ ἡσυχίαν ἢ ἀσπασίαν*. In iure nostro ciuili familiaris est hæc pagani dictio, pro eo qui non est miles, *l. frustra 7. de re milit. lib. 12. C. l. ius nostrum, de reg. iur. §. 1. de test. milit. ap. Iustin. l. miles 12. §. fin. de custod. reorum, lib. 48. P. tit. 4. l. hereditate, 39 §. filiusfam. paganus, de castren. pecul. in P. lib. 49. tit. 17.* Paganum peculium castrensi oppositum, *l. fin. de inoff. testam. C. lib. 3. C. tit. 28.* Et paganicum ius, quod castrense non est, dicitur, & habere in paganicolo, *l. 1. de testam. milit. lib. 6. C. tit. 21.* Paganorum itaque tot et eunt species & sectiones, quot supra hominum differentias ex qualitate distinctas commemoramus, qui iure communi vt dicuntur, nisi si quod privilegium illis singulariter aliud contingat. Neque itaque de illis plura, sed de militibus agendum erit.

4. ¶ Militēs, ¶ inquit Vlpianus *in l. 1. §. fin. de militar. testam. lib. 29. P. tit. 1.* appellantur, vel a mollitie, id est, per antiphrasim, a duritia quam pro nobis sustinent, aut a multitudine, aut a malo quod arcere solent, vel a numero mille hominum, vt miles sit quasi millesimus quisque: & ad priorem accedit Sextus Pompeianus Festus, *lib. de verb. sign. ad postremam Laurentius Valla, lib. 1. Elegam. c. 14.*

5. ¶ Militum ¶ species eorum, qui reperi adstabant, latronum est. Latrones, inquit Varro *lib. 6. de ling. Latina*, dicitur a latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea ab stipitatione *stipatores* appellauerunt, & qui conducebantur. Ea enim merces Græcis dicitur *κλεψιδρα*. Ab eo veteres Poetæ nonnunquam milites appellant latrones: quod vtrique milites cum ferro, aut quod latent ad infidias faciendas. Sic Ennius, *annals 1. Hec effatus ubi, latrones dicta facessunt*. Quibus & ad stipulationem Nonius. Idem Varro quoque in 4. rationem nominis militis significantius attulit. *Milites*, inquit, dicitur, quod trium *milium* primum legio fiebat, ac singule tribus *Tationisum, Rhannensium, Luceorum*, milia singula *militum* mittebant.

6. ¶ Militia ¶ omnis constat pugna quæ est impugnatione, aggressio, & defensio: & quia variis modis quis pugnare, obfistere & resistere dicitur, eadem similitudine, milites erant diuersæ speciei, militia quoque diuersa, in nomine contentiens in pugna & armorum ratione distinguenda. Idcirco vt paucis omnem euoluamus æquiuoci affinitatem, dico militiam, quo nomine & intelligi potest milites & arma, esse vel spiritualem, vel corporalem, seu, vt loquuntur patres, carnalem, *in cap. nisi bella, 23. questio. 1.*

7. ¶ Rursum ¶ spiritualis, vel est puro spirituum inter se, vel cum hominibus, vel animæ cum corpore: vel ecclesiastica clericorum, vel secularis laicorum. Angelos esse dictos milites constat, & militiam summorum angelorum, *Iob. cap. 25. bonorum, Luc. 2. can. nocte facta, ca. de illis, can. hi duo, cano. peior, de consecr. dist. 1. qui pro Dei pugnant voluntate: malorum, qui aduersantur, quæ impie volunt, vt dii adorari. Vnde & militiam cæli quidam contra Dei mandata dicunt adorasse, 4. Reg. 21. Hier. 19. siue dicamus stellas, siue spiritus immundos, vtrumque enim probō. Pugnauit Angelus Dei Michael, & angeli eius, cum dracone angelique eius in cælo, a quo eum pepulit, *Apoc. c. 12.* Et apud Danielem, *cap. 10. Angelus ei ait, princeps regni Persarum restitit mihi vno & viginti diebus. Et ecce Michael vnus de princip. primis venit in adiutorium meum; & ego remansi ibi iuxta regem Persarum, signam & virtutem angelorum homines in exercitu Sennascherib exerti, 2. Paralip. 32.* Et Iacob cum rediit in patriam, *Genes. 32.* Describit & pugnam & certam quod habemus quotidie cum dæmonibus, item a ma spiritualia nobis necessaria, Dignus Paulus ad Ephesios epistola capit. 6. In summa, in carne ambulantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, *2. ad Corinth. cap. 10. C. nisi bella, 28. questio. 1. & c.* Hanc animæ militiam & contra vitia & contra dæmonas, omnes quidem exercent, Christiani*

potissimum homines, & aduersum stimulos inferioris, & irrationalis partis *1. D. Per. 2. laborant: cum militia hominis vita sit super terram, ca. 1. vers. Et quia, de consecr. dist. 5. Iob. c. 7. D. August. 19. de ciuitat. ca. 27.* Et Seneca, *lib. 16. epist. atqui vinere, mi Lucilli, militare est.* Verum magis ex professo clericis illa militia curæ est. Et de istis dictum, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat qui se probauit: nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime pugauerit, *2. ad Timot. 2. c. 1. c. sed nec procuraciones, ne cle. vel mon. ap. Greg. c. consequens 88. dist. 1. Militant enim clerici Deo diuersis officiis & ordinibus, cano. si officia, 59. dist. ca. reprehensibile 23. q. 2. de quibus ait Zacharias, cap. 9. Circumdabo domum meam ex his qui militant: mihi militum Christi arma, orationes & lacrymæ, cano. conuenior 23. q. 8. nec quis Deo, & hominibus simul recte militare potest, ca. apofolorum, & ca. seq. 1. 1. q. 3. ¶ Alia ¶ quoque est spiritualis pugna & militia, quæ personis etiam non ecclesiasticis conuenit, isti que milites quando ingenio, vel rationibus, vel officio contendunt & laborant, pro salute humani generis & reipublici cuiusmodi sunt primum; qui certamine literario verum excutunt. Cuius concertationes D. Paulus, *1. ad Timot. 6. ad Tit. 3.* pugnas dicit verborum, & interdum vanas & inutiles, vt sophistarum. Erat militia in prætorio duplex, apparitorum & aduocatorum. Apparitorum Vlpianus describit *in l. in eadē causa, ex quibus caus. maior.* & horum manus dicitur militaris, *l. qui vestirent, de rei vind. in P.* Aduocatorum militiam Cicero vrbanam vocat, respondendi, scribendi, cauendi, *pro Murena.* Nec minus etiam militare videntur aduocati seu patroni caularum, qui gloriose vocis cõfisi munimine, se & alios a calumniis & iniustitia defendunt, *ll. aduocati, de aduocat. diuers. iudiciorum.* Vnde & illis dicitur, exemplo militum armatæ militiæ, esse peculium quasi castrense, *l. fori 4. de aduocat. diuersorum iudiciorum, lib. 2. C. tit. 7.* Ratione officii, proximi sacrorum scriuorum literatam quoque militiam gerere dicuntur. Quare & illi completo tempore suæ militiæ, a principe donabantur cingulo cõstitiæ facti cõsistorii in diem vitæ, *l. proximos 8. de proximis sacror. scriuorum, lib. 11. C. tit. 19. l. vnicuique 7. l. peculiari 5. eod. tit.* Priuilegium quoque militiæ & peculiæ quasi castrensis, concessum pro consulis, præfectis legionum, præsidibus prouinciarum, & aliis administratoribus a principe præpositis, memorialibus agentibus in rebus, magistris studiorum liberalium, archiatris, & aliis omnibus, qui salaria vel stipendia accipiunt publica, *l. fin. §. 1. & in his itaque, de inoff. testam. lib. 3. C. tit. 28.* Et Imperator Valens grammaticos, sophistas, legum p. offesores, qui per viginti annos probe munere docendi functi sunt, annumerari & honorari cum iis, qui ex vicaria sint principis dignitate iuberet, & inter comites, *leg. vni. de professor. qui in vrbe Constantinopolis, lib. 12. C. tit. 1. in iudic. rub. & glo.**

¶ Militia ¶ inermis, palatina quoque, de qua Sidonius me. 9. mimit, *lib. 1. epist. ad Eutropium, vnde Palatini milites*, quicunque in augustorum ministerio fuerunt quos modo aulicos, *mmis. l. 2. & 3. de priuileg. eorum, & c. lib. 12. C. tit. 29.* vel curiales dicimus, iura quoque de istis tractant, *l. scriuis, de palatinis sacrarum largition. lib. 12. C. tit. 24. & tit. de priuileg. eorum, qui in sacro palatio militam. eod. lib. 12. C. tit. 19.* Isti non armis militabant, sed mensis & consiliis opem ferabant. Erantque aliqui eorum comites palatini do mestici comitantes & mittendarii, id est, qui mitti possent, vel idonei essent, vt mitterentur ab Imperatore ad regendas prouincias, *l. 3. l. placuit 8. de palatinis sacra. largitio. lib. 12. C.* Erant & palatini sacrarum largitionum & rei priuaræ, militari dignitate decorati, *l. inter alias 13. & l. iudicium 14. eod. tit. de palat. sacra. largit.* Inter palatinos milites cõnumerantur præpositi sacri, vel principis cubiculi: memoriales, qui scriuis memoriarum, epistolatarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referunt, & commitantes palatini, & singularum vrbium, *l. 2. de priuileg. eorum, qui in sacro palat. mil. lib. 12. C.* Et isti omnes castrense peculium habere dicuntur, *l. 2. de priuileg. eorum, qui in sacro palat. mil. l. vni. de castrensis, omnium palat. peculio, lib. 12. C. tit. 31.* Dignitate etiam æquant iura, præpositos cubiculi augusti & angustæ, præfectis prætorio, præfectis vrbi, & magistratæ dignitati peditum & equitum *l. 1. de præpositis sacri cubiculi, lib. 12. C. tit. 5. & l. 1. de præfectis prætorio vrbis, eod. lib. 12. C. tit. 4.* Dicuntur & aliqui in schola vrbis sacre militare, priuilegiis militum donati, *in l. is qui in schola 3. de castrensiam & ministerianis, lib. 12. C. tit. 26.*

¶ Militia ¶ quoque inermis ex casu appellata quædam de qua 10. & meminit Iustinianus, *novella 53. & 97.* quando propter aliquam

- 9 *Servorum bella & rebelliones.*
 10 *De statu suo dubitantes a militia reiecti.*
Militare qui prohibuit. eod. & ii.
 11 *Poeta ne militet.*
Aetas militaris 17. annor. eod.
 12 *Militie immunitas quibus data.*
 13 *Milites Romani ex certis populi classibus del. Et. & de modo deli-*
gendi. Item 25.
 14 *Angulum in igne militia.*
 15 *Militum delectus quomodo fieret.*
 16 *Militum varia nomenclatura ab ordinibus, armis, & aliis.*
 17 *Militum in Gallia numerus & ordo per Carolum 7. institutus*
& per alios reges.
Franci archeris in Gallia qui. & immunitates eorundem. eod.
Franci Talpini milites in Gallia Heluetii. eod.
Aduenturarii milites in Gallia qui. eod.
Legiones 7. pedum in Gallia a quo instituta. eod.
Colonellus praefectus legionis. eod.
 18 *Militum alii obtemperantes, alii imperantes.*
Manipulus, manipularisue quid. eod.
 19 *Vexillaris quot militibus praefect.*
Cohors quid. eod.
Tribunus militum quis, & quare sic dictus. eod.
 20 *Legio ex quot militibus perficiebatur.*
Legionum varia species. eod.
Legatus legiones administrabat absente praetore.
 21 *Phalanx quot milites continebat.*
 22 *Acies ex quibus perfecta, & species, & partes.*
Centurio quis. eod.
Primipilus quis. eod.
Pilum quid. eod.
Miles non dicebatur, priusquam in ordines transferretur.
eodem.
Tyro quis. eod.
 23 *Veterani & veteres milites qui.*
 24 *Volones milites.*
 25 *Euocatio militum quid.*
Additi milites qui. eod.
 26 *Milites desertores, per fugas, hostes praedones. &c. eodem.*
 27 *Cornicularii milites qui.*
Eques auratus quis. eod.
Militibus quae donabantur in signum & praemium strenue ge-
sti. eod.
 1 **M**ilitia armata constat exercitu triplici pedestri, equestri &
 classico: ea constituta tripliciter, sacramento, coniuratione,
 euocatione, de quibus tractat *Wol. hoga. Lazius lib. 4. com-*
ment. hist. Rom. c. 1. Ab exercitio militum exercitus dicitur, *l. 1. §.*
fin. de mil. testam. in P. l. 2. de iis qui nor. infam. P. Exercitus ha-
 bebatur ordinis, acies, principia, globos, in quibus milites certo
 ordine consistebant. Acies duae generales, antesignatorum, &
 postsignatorum. Haec sub se habebant ordines distributos, de
 quibus videndus *Vegetius lib. 2. de re milita.* Naualibus praelis
 pugnantibus pedites dici solent, *l. 2. de capti. & postli. reuer. lib. 49.*
P. tit. 15. In terra pedestris et equestris militia, & milites, *l. penul.*
de milit. testa. lib. 29. P. tit. 1. l. 1. & 2. de apparit. magistro mil. lib. 12.
C. tit. 55. l. non omnes. §. 1. de re milit. P. Sub his contineri potest
 elephantum, & turribus depugnantium copia, & currum phal-
 anges. In vniuersu[m] t[ame]n milites legibus alii probati, alii per cas-
 dem militia reiecti iure Romano. Soli ciues Romani hoc iure
 beneficiarii milites fieri poterant, *Cicer. pro Archia poeta, & lib.*
6. sa. epist. 20. Neque t[ame]n ex ciuibus omnes idonei: nam
 nec capite cenli & proletarii, in militiam alligebantur. Capite
 cenli illi, qui nullo aut modico aere censebantur, qui vel
 habebant tantum extrinsecum censum aëris, videlicet 375. vel neq[ue]
 ipsum possidebant, tenuissimi & pauperissimi: cum tamen pro-
 letarii, mille quingentum aëris, in censum deferrent. Vtrique
 non nisi in tumultu maximo scribebatur: quia familia aut tenuis,
 aut nulla illis esset, & res pecuniaque familiaris obdis vice pi-
 gnorisque esse apud rem publicam videbatur: amorisque in pa-
 triam fides, firmamentumque in ea erat, *Gellius lib. 16. cap. 10.* Et
 primus C. Marius, capite cenfos milites scripsisse traditur, cum
 id factum ante nulla memoria exstaret. Graue t[ame]n delictu[m] habi-
 tum est detrectare munus militiae, & grauius quam appetere.
 Nam & quia edictum olim non respondebant, vt proditores
 libertatis in seuitutem redigebantur, *Arrianus Iuris. in l. 4. §. qui*

post desertionem, de re militar. lib. 49. P. tit. 16. Et qui filium suum
 subtrahebat militi, belli tempore, ex filij & bonoru[m] parte mul-
 tandus est: si in pace, fustibus caedi iubetur: & requisitus inuenis,
 vela patre postea exhibitus, in deteriore[m] militiam dandus est,
l. 4. §. qui filium. Lotharius Imperator, legem hanc statuit, *l. 1. de*
de iis qui ad patriam defendendam ire neglexerunt, lib. 3. legum Lan-
gobardorum, vt quicumq[ue] liber homo a suo comite fuerit admo-
 nitus aut militris eius ad patriam defendendam, & ire neglex-
 erit & exercitus superuenire ad istius regni vastationem, vel ad
 contrarietatem nostrorum fidelium, capitali subiaceat senten-
 tia. Vallius qui pedestri imperio praerant, dum sub Paulo pontif.
 Max. tempore Caroli Maximiliani Christiani in fidei hostes in
 Aetiam ierant, more militari in quosdam milites animaduertit,
 qui per se nauis, & longinquae navigationis incom-
 moda reformidantes, conceptas de victoria spes maligne exten-
 nuare, stipendij tenuitatem detestari, consternareque multitu-
 dinem vt signa desererent, seditiosis sermonibus coeperant, &
 auctores inuolutos facis, profundo mari spectante classe sub-
 me sit, teste Paulo Iouio, *lib. 34. hist. sui tempor.* Ammianus
Marcel. lib. 15. hist. de Gallis fatetur hoc encomium, *Nec Gal-*
lorum aliquando quisquam, inquit, vt in Italia, munus martium per-
timefcens pollicem sibi praecidit, quos murcos appellant. Caius Va-
 tianus qui ne bello Italico militaret, sibi manus sinistrae abscide-
 rat digitos, a senatu bonorum publicatione, vinculisque perpetuis
 punitus. Et Traiani temporibus, pater, qui ne filius militaret,
 cum inhabilem reddiderat militiae deportatus est, *Valerius*
Maxim. lib. 6. c. 3. Lex erat, vt ciues Romani decennio mili-
 tarent auctore Cornelio Tacito, *lib. 4. annal.* Demosthenes,
Olynthia. l. suadet t Atheniensibus, & melius & turius esse ciues
 ipsos militare, quam per milites peregrinos, a quibus, asserit causam
 esse, cur res male gererentur. Et Polybius, *lib. 2. hist.* ait,
 magnam stultitiam esse, praesidium praesertim barbarorum hominum
 inducere, quod aut viribus, aut multitudine magis quam
 ciues polleant. Periculosum quippe est vti ope & auxilio eorum,
 qui cum natua ambicione pugnandi multitudine praualent:
 dum enim superiores viribus videntur, iis quibus auxilio venerunt,
 haud facile regnandi vel praedandi causa, arrepta leuissima qua-
 libet occasione se abstinent. Acciditque saepe, vt peregrina accita
 auxilia oppida & regna sibi commissa inuaserint: vel statim, vel
 paulo postquam dimissi fuerunt, vel saltem ad hostes ab iis addi-
 tione superati, vt venales transferunt. Probabantur idcirco &
 milites, qui se offerebant, antequam in numeros & ordines re-
 ferrentur, *l. 1. qui militar. poss. lib. 12. C. tit. 34.* Et primum quidem
 a magistratu potestate seu ducibus probationes fiebant, & elec-
 tiones: Zeno autem Caesar & alii, principi soli reseruaui, *l. pen.*
de re milit. lib. 12. C. tit. 36. l. 2. de cohortal. lib. eod. l. 2. tit. 58. l. in his,
6. & l. 7. pen. & fin. de diuers. offic. eod. lib. 12. C. tit. 60. l. probatoria, 9.
eod. §. Non t[ame]n possunt militare serui, vel ignorantibus, vel scientibus
dominis. l. pen. & fin. qui milit. non poss. lib. 12. C. l. 2. de ignoni.
eod. lib. 12. C. tit. 44. & ex Martiani resp[on]so, capite puniuntur si at-
tendant, l. ab omni militia, u. de re milit. lib. 40. P. tit. 16. l. generalis,
C. de tabular. Dio quoque se ius vbiq[ue] interdictum fuisse milita-
 tare testatur, eiusque fuisse capitale, si nomen suum militiae in scrip-
 sissent: nisi interdum penuria hominum. Quemadmodum factum
 Lacedaemoniis ad Messeniam pugnantibus, & Romanis
 in bello Punico accidit. Et Octauio & Lepido rem publicam ob-
 tinentibus, seruus inter milites & numeros inuentus, de rupe
 Tarpeia deiectus est, *Dio Nicetas, lib. 48.* Idemque Octavianus vi-
 do Pompeio omnibusque imperij aemulis, seruus in bello ciuili,
 bella in militiam adscitos & ita manumissos, dominis red-
 diiussit, cum illa manumissio tempore bellorum coacta videretur
 vt bellorum, nec acclamatione populi, vel discessione senatus,
 quemquam dominum inuitum ad serui manumissionem cogi
 debere sentit, *Orsius lib. 6. c. 20.* Et Plinius, *lib. 10. epist.* de duo-
 bus seruis a Sempronio inter tyrones inuentis a Tiberio respon-
 sum accepit, qui in numerum militum nondum essent: si lecti
 essent, inquisitorem peccasse: si vicarii essent, penes eos culpam
 esse qui dedissent: si ipsi non incerti suae conditionis se obtulissent,
 animaduertendum in illos. Meminit tamen Liuius, Titum
 Gracchum Volorum seruorum legiones libertate donasse, vt pug-
 narent contra hostem, *Liuius, lib. 24. ab urb. condita.* Fue-
 runt t[ame]n nihilominus bella per seruos rebellantes gesta, sed illa
 praeterius belli censentur, & illegitima: quale ab Euno Syro in
 Sicilia, cum sexaginta milibus hominum excitatum, quos Per-
 penna tandem vicit, *Florus, lib. 56. Abbre. l. i. in Crasso, Orsi.*

- lib. 8. c. 5. *Aug. de ciuit. Dei*, l. 3. c. 26. Vt M. Aquilius alios a Cleone Cilico in eadem insula coactos. Simile in Italia bellum seruile ab Spartaco & Chryso motu, a Q. Vario praetore, & M. C. Asio tandem confectum. *Florus*, lib. 95. *Abbreu. Oros. libr. 5. cap. 25. Entr. lib. 6. c. 2. D. August. de ciuit. Dei*, lib. 3. c. 26. & alii. ¶ Fuit
- 10 & aliud ¶ in v. be. Herodiano Sabino duce tetatum, *Linus* in 4. Non militabant quoque, de statu suo controuersiam patientes, aut ab hostibus redempti priusquam se lissent, *Vlpia. in l. qui stantus 8. de re militar. P.* Non proditores, transfugae, qui capite puniuntur, & pro hostibus potius, quam pro militibus habentur. *Martian. in l. proditores 7. de re milit. in P.* non curiales, cohortales, decurionum filii, l. 2. & 4. qui milit. poss. lib. 12. C. coloni, vel saltuenses, l. 3. *C. eod. qui milit. poss. negotio. es. l. vnic. negotia. ne militent. lib. 12. C. tit. 35.* profugi, ad bestias damnati, in insulam deportati, exsules, relegati, intra tempus exsilii, rei capitalis criminis, adulterii vel aliquo iudicio publico damnati. *Arrian. in l. qui cum vno 4. cum 8. §. 2. de re milit. P. l. 2. §. miles. de iis qui met. in sa. in P.* qui parentes maleficos dixit, l. 1. de obseq. a liber. & liber. pa. in P. qui parentes praesens in P. ¶ Cum ¶ Eupolis filius Sospolis Atheniensis, comicus Poeta, qui vicerat in septem fabulis, naufragio perisset in Helleponto, in bello Laconico, edictum factum est, ne quis Poeta militaret, *Suid. in verb. & rous.* Non coguntur quoque militare, qui vel priuilegio, vel aetate excusantur. Adolescentes Romani in toga praetexta erant vsque ad 17. annum. quo anno togam puram & virilem accipiebant. *Suet. in Augusto.* Et tunc in viros recepti, militaris aetatis esse incipiebant, & sic Titus *Liuius*, lib. 5. *deca. 3.* in anno 17. constituit aetatem militarem. Nullus tyro, vagus aut veteranus, aut census obnoxius ad militiam accedat, l. 1. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. l. fin. de veteran.
- 12 lib. 12. C. tit. 47. ¶ Remittebantur ¶ a militia inter Heb. xos lege Dei, qui aedificarent domum nouam, qui plantasset vineam, nec adhuc eam fecisset, esse communem: qui desponderat uxorem, nec adhuc acceperat eam, Formidantes, & corde pauidi, *Deuter. c. 20. 1. Machab. c. 3. Judic. 7.* Habebunt & olim quidam priuilegium, ne militarent nisi certo loco, quod tamen necessitas ple. unque sustulit, vi cum Carthaginenses essent in Italia, & minus iuuentutis haberent duces, coacti sunt praeter sanctam vacationem militandi alibi, quam in colonia, nomina sua dare militiae coloni maritimi, Hostienses, Allicates, Auxuria, Minturnenses, Sinetani, Senenses, v. c. *Liuius*, lib. 7. *deca. 1.*
- 13 ¶ Milites ¶ ex certis populi classibus Romae deligebantur, non ex omnibus centu iis, vide *Nicolaum Gracchum, de comitis Roman. libr. 1. cap. 1.* in quo reprehendit *Ma. ium Salustius, in bello Jugurthino*, dicens: *Huiusmodi oratione habita. Marius postquam plebis animos arreptos videt, propro committit, suspendio, armis, alisque vitibus naues onerat. Et ipse interea milites scribere non more maiorum, neque ex classibus, sed ex cuiusque libido erat, capite census plerisque Plinius*, lib. 18. cap. 5. refert fortissimos viros & strenuissimos milites ex agricolis gigni. *Polybius*, lib. 6. *hystor. de fo. mand.* milite more Romano sic ait: facta delectu militum ex tribus, sacramento tribus singulis, maximo idoneum adigunt profueri obtemperatum se auctibus proculdubio, atque eorum mandata se pro viribus exsecuturi, deinde reliquid omnes fautores sese ordine promittunt.
- 14 ¶ Cingulum ¶ vt in signe militiae dabatur militibus, videlicet zona cum gladio. Quod colligitur ex *Suida* in *Auxentio*, cum enim, inquit, inberetur ille a *Licinio imperatore* eibnico unam pedibus *Bauchi* subicere, & ipse recusasset *Christianus*, iussusque id facere vel militiam relinquere, ille nihil cunctatus inquit, *Zonam solui* & alacer palatio exco. *st. Papinianus in leg. penult. de milit. testa. l. 1. 29. P. tit. 1.* etiam in equestri militia, eum, qui confestim cingendus est, inter milites numerat: vt priuilegijs vti militariibus possit, si iam assumptus sit in comitatum principis. ¶ *Roma* inquit *Polybius* in 6. vbi multo iura e adzevnt, denuntia o die singulis legionibus ac loco, ad quem adesse debeant mermes, ex congregatis deligunt inimos aetate fortunaeque per quam tenuis in pilanos: aduiores in eos, quos hastatos vocant, aetate ac robore prestantes in principis: 16 natu maximos in triarios. & c. ¶ Ex militibus ¶ legitimis quidam diuersa fortium nomina. Ab ordinibus, vt *gregarii*, l. fin. de milit. veste, lib. 12. C. tit. 40. manipula ii, legionarij triarii, & c. Alii a diuersitate armorum, vt caligati, quos viliores dicit *Iustinianus*, in §. quisquis autem, quibus modis natu. eff. legit. coll. 6. tit. 1. in autb. hastati, pilani, vnde titulus de primipilo, lib. 12. C. de quibus omnibus. *Varro*, lib. 4. de lingua Latina. Quibus subiungit tubicines, a tuba qua caneant, litucines, classicos a classe, & c. Sunt

& equitum alii loricati, cataphracti, ex equo sagittis vrentes, *Liuius*, in 5. bello *Maced.* leuis a matura, velites sine expediti dicti ab *Aliano*, vide *Alian. in re milit.* a *Dione*, in *Nerone*, *psyll.* Alii grauis a matura, & c. Alii electi per petui additi, fossulti, ciues stationarii, leg. 1. §. fin. de offic. i. ref. urb. libr. 1. P. tit. 12. stipendiarii.

¶ *Carolus 7.* Rex Gallorum post Angelos & Gallia expulso, 17 regnum per bella exacta lacerum, praesidijs munitionibusque firmavit exemplo *Caesaris Adriani*. Et primum equestrium militum turmas centenarias, & quinquegenarias instituit. Fuitque numerus cataphactorum Francicorum ad mille quingentos, qui in praesidijs urbium collocarentur. Postea quinque millium pedum cohortes defc. ipfit, habitusque delectus agrestium pedum, hos francos archiepos dixit, quod liberi ab omni tributo fierent, dum militarent, & arcu sagittisque vterentur. Et isti regnicolae erant. Mortuo autem *Carlo 7.* tempore *Ludouici 11.* ab eo Heluetiorum ad quinque millia stipendium accepere. *Dieli* & *sagittarii franci Talpini*, id est, *ru. v. v. v.* humiles, iustici, & bucolici milites. Et qui eos virtute superabant militari, & exercitatione, aduenturarii id est, ad omnem euentum parati, soldati seu solidati. Dehinc *Franciscus 1.* Rex septem pedestres legiones instituit. Legio 6. millibus constabat, praefectus eius *colonellus dictus a colonia*. Erat chiliarchi 6. singulis legati duo & signiferi. Et ii immunes. Iussit & is quinquaginta millia pedum deligi, quibus stipendium ab urbibus muro cinctis solueretur. Et iis aliud genus militiae additum euocatorum procerum, qui ad bannum vocati suis sumtibus tribus anni mensib. militant.

¶ In summa ¶ sunt alii imperantes, alii qui eis obtemperant. 18 Sic enim militaris disciplina conseruabatur. *Liuius* lib. 8. *deca. 1.* ordinem obtemperandi & imperandi paucis sic refert. *Cum polluta*, inquit, *sunt seruel militaris disciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, non consul magistri equitum, non magister equitum dicatoris patris imperio*. Decurio decem militibus, vt plerunque, manipularis 20 id est, duabus decuriis imperabat, teste *Volaterrano*, lib. 13. cuius in signe feni manipulus perticae alligatus. vt ait *Quidius 3.* *Falstor*. ¶ *Vexillaris* ¶ sub vexilli ductu habebat 8. milites: vt 19 hors *lexcentos*, quibus praerat tribunus, qui vnum signum dicebat, dictus ita, quod in a milicibus suis tribue et, quos & sacramentis adiebat, & quae eorum erant, curabat, vt arma, vestes, valetudinem, & similia. Suffragio p. pult aliquando creatus, postea a militibus, *Liuius*, lib. 8. *deca. 3.* ad libr. 7. & 9. *deca. 1.*

¶ Legioni ¶ praefectus suble, nempe in legione, habebat 20 xaginta centurias manipulos triginta. cohortes decem, *Gellius*, lib. 16. cap. 4. & inter duos plures inter duos pauciores. Nam erant legiones quaedam perfectae, ext a ordinatae, o dinariae, quadrate & c. vide *Vol. hga. Lazum*, lib. 5. *Comment. resp. b. cap. 1.* Legionem administrabat legatus & absente praetore & quaestore plures, totque legi, atque quor legiones.

¶ *Phalanx* ¶ apud *Macedones*, *Dardanos*, *Gracos*, maior legione, & militum octo millia, vel in yadem, decem scilicet millia: de quibus videndus *Vegetius* lib. 2. *de re milita. c. 2.*

¶ Ex his omnibus ¶ aetates instruebatur: quibus & diuersae partes & singulis praepositi diuersae. Erant enim variae formae acies, fons, subsidia, cuneus orbis, globus, forfices, ferra, ala, turres, vt scribit *Gellius*, lib. 19. cap. 9. & *Alianus* pro *oprio*, lib. *de re milit.* Centuriatae erant cohortes, centurijs praefecti centuriones. *Primipilus*, qui quatuor centuriones & eorum milites regebat, illeque & caput legionis dicebatur, *Vegetius* in 2. *de e. x. i. t.* *Liuius* *Salonium* tribunum militum & primum centurionem fuisse, quem nunc primum pilum, inquit vocant, tradit, lib. 7. *deca. 1.* *Iulius Caesar* *P. Scitium Baculum* dixit primipili centurionem, ab hastula, pilas dictus. Et hic aquilae vexillo praerat, & quatuor centurijs, *Vegetius* libro secundo, cap. 8. Dicitur etiam a *Luio* primus hastatus pro primipilo, lib. 2. *deca. 5.* dum agit de oratione *Spuris Ligustini centurionis*. *Pillum* porro quasi perillum, quod hostis ab eo periret, secundum *Varronem*, libro quarto de lingua Latina, de iure primipili: tit. de primipilo, lib. 11. C. tit. penultim. Qui in eos ordines scribebantur, milites dicebantur, non ante, leg. ex eo. de testa. in P. nam prius erant tyrones. Proinde alii tyrones, alii veterani. Tyrones e. at in scholi. militariibus artem discentes, leg. 2. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. de horum scho. is, in tit. de priuilegijs schola. libr. 12. Cod. tit. 30. qui nondum

nondum erant scripti inter fortissimos milites, leg. ex eo, de testa. milit. in P. & ideo postremum locum in scholis militariibus tenebant, l. fin. de tyronib. lib. 2. C. In statutis militum ordinis sancti Iohannis Hierosolymitani, tit. 16. de ver. sign. c. 13. inter milites eius ordinis, filii Arnaldi dicebantur tyrones, qui noue ordinem professi essent si uenissent ex Christianis circa mare nati in terram sanctam: qui uero nati fuissent in terra sancta, & essent nuper ordinem professi dicebantur Polani.

23 ¶ Romanis ¶ veterani erant, quia militia immunes erant, postquam per viginti annos militassent, ut ait Suidas, in uel bo. Cum his milites facit Iulius Cæsar veteres, quos distinguit a modo consecratis, & ab imperitis rei militaris, quos tyrones dicimus lib. 6. Comment. belli Gall. Alii uoluntarii, alii inuiti.

24 ¶ Er ¶ uoluntarii uolones dicti etiam sunt Gallis, aduenturiers, 25 ¶ Soldats de bonne voye. ¶ Milites, ¶ antequam sacramentum præstarent, primum euocabantur, postea addebantur, & demum sacramento adigebantur. Euocare erat, ad diuersa loca diuersos cogere exercitus, & delectu habito scribere exercitum, inuuit Linius, lib. 2. decadis 3. ut euocatio equestris est computatio in numerum equitum. Addicti milites, qui inclinante imperio tyrones nuncupati sunt. Sic intelligendus locus Lini, merces seditionis, inquit, proposita, confestim seditionem exerunt. Nam & addiebantur multi, & ad Prænestinam bellum, nouas legiones scribendos patres censebant. Hinc inclinante imperio, tyronica cogere dicitur, ut apud Ammianum Marcellinum lib. 9. Ceterum post electionem fiebat in ordines distinctio, inauguratio militum, & stipendorum assignatio.

26 ¶ Rursum ¶ militum sunt alii, qui perstant in officio, alii qui desiciunt, ut emansores, desertores, perfugæ. Erant duplicarii, quibus ob uirtutem ut duplicia cibaria daretur institutum, teste Varone, lib. 4. de ling. Latina. Alii uere milites nostri: alii hostes, prædones, latrones, lartunculi, perduelles, proditores. Alii triumphis, & uictoriis, & muneribus, quibus a principe uel ciuibus distincti, ut torquati.

27 ¶ Donabantur ¶ milites corniculis argenteis, in signum strenuitatis, uide corniculati. Item torquibus aureis, & cingulo, & baltheo ob egregia facta, quæ ornamenta hodie uerba sunt in calcaria, & auri præcincturam. Hinc cingulo donari dicimus, more prætoris, gladio percussit, & auratum fieri equitem, & illustri cinguli dignitate præcingi, ut apud Cassiodorum legimus, lib. 3. Variarum, ad Colossum comitem. Plinius donatos etiam strenuos tradit, lib. 7. cap. 28. hastis puris, phaleris torquibus, armillis, coronis, cinctis, aureis muralibus gemmineis præstantissimis, & aliis, de quib. abunde idem Plinius, lib. 2. c. 3. 4. 5. & lib. 33. ca. 2.

De Sacramento militari, & missione a militia. Cap. 4.

- 1 Sacramentum militare duplex.
- 2 Iuramentum militare fiebat duci pollicibus eleuatis, gladiis strictis, cernicibus admotis.
- 3 Auctoramentum militare quid. eod.
- 4 Iuramenti militis formula. eod.
- 5 Missio a militia tres species, explicata quæ honesta.
- 6 Veterani 20. ann. militauerant. eod.
- 7 Vacatio militie ex privilegio data temporalis.
- 8 Veterani agris donabantur.
- 9 Missio causaria quæ.
- 10 Causarii milites. eod.
- 11 Missio ignominiosa.
- 12 Sacramento solui qui milites dicantur. eod.
- 13 Exautorati milites qui dicantur. eod.

1 Sacramentum ¶ militare seu iuramentum duplex. Alterum est, quod præfides & milites limitanei in inauguratione & singulis annis, Calendis Ianuarii dicebant: idque proprie sacramentum nominatur de hoc iuramento Suetonius, in Galba, & Cor. Tacit. in 1. 18. Alterum, quo milites duci suo obstringebantur, omnia se strenue facturos quæ præcepisset, neque deserturos eum militiamque illius, iurantes. ¶ Idque ¶ non solum pollicibus eleuatis fiebat, uerum etiam strictis gladiis, cernicibusq; admotis perficitur, de hoc sacramento Linius, in 2. & 5. decad. 3. & lib. 7. de ca. 1. Polyb. in castramentis. Re. Veget. 2. de re milit. Nonius Marcell. lib. 21. Sacramento autem exhibitore bebar auctoramentum, id est, militandi in militia legiur. Cum dicitur, inquit Gellius, lib. 16. c. 4. antequam fieret, & milites scriberentur, in iurandis eorum adigebat in hac uerba, si magistra, C. Le-

li. ¶ filii consulis, L. Corn. P. filii Cass. in exercitu, decemq; millia passuum prope fuerunt non facies dolo malo solus, nec cum pluribus. &c. Additq; Militibus autem scriptis dies præfinitur, quo die adessent, & ut citati Cass. responderent: deinde ita concepiebatur iurandam, ut adessent bis additis exceptionibus, nisi hanc uice, quæ causilla erit, funus familiare, ferie uindemiales, calendeque. &c. ¶ Huic ¶ sacramento connexa missio a militia tractatio, quæ triplex erat, honesta, causaria, & ignominiosa, l. milites 13. §. missio, de re milit. in P. l. 2. §. ignominia, de iis qui notant. infam. lib. 3. tit. 2. Sacramento soluebantur in honesta missione: & in inhonesta aliquando, l. miles, ad l. Iul. de adul. P. sed ut plerumq; pro honesta: sacramento remonebantur in causaria: sacramento abiiciebantur in ignominiosa, ut hæc exemplis illustrant Wolphangus Lazius, lib. 4. comment. reipub. Rom. ca. 7. Missio honesta fiebat, uel finito bello dimisso milite, accepto diplomate a duce suo, uel non finito, si annos stipendiorum quis compleuisset ita emeritis stipendiis dimissione facta, Linius, lib. 9. de ca. 4. Martian. in l. milites, §. missio, & d. §. ignominia. Anni porro viginti erant, per quos, antequam veterani dicerentur, & honestaria militia solui, oportuerat in legione uel vexillatione militasse: & tunc decursis omnibus stipendiis, & uacationem a ciuilibus habebant muneribus & honoribus, & priuilegia veterani, l. pen. & l. fin. de iis qui non implet. stipen. sacramento soluti sunt, lib. 10. C. tit. 5. 4. l. uiginti, de re milit. lib. 12. C. l. 1. de excusatio. veteran. lib. 5. tit. 6. 5. istud dicitur dimissi eum honore, quibus ætas, & iusta stipendia dicitur adesse apud Cornelium Tacitum, lib. 20. Annal. ¶ Dabantur ¶ & militibus honestissimis vacatio militia, ante illud tempus viginti annorum a principe ex priuilegio, d. §. ignominia, ut plerumque per quinquennium, apud Linium, lib. 3. decad. 3. Data & anni Q. Fabio & Q. Fulvio. CC. Linius lib. 9. decad. 3. Dabantur & ex gratia uacationes centurionibus, quas remitti flagitatum fuit sub Nerone, Corn. Tacit. lib. 18. Sicuti & statutum sub Theodosio, ne quis uacationem obtineret a principe temporalem, nisi ex iustis causis, illique probatis, L. uic. de iis qui a principe uacat. acceper. lib. 10. C. tit. 4. 4. Quæ differebat idcirco a veteranorum uacatione: quia illa temporalis & sine priuilegiis veterani, & ista perpetua & cum priuilegiis, l. 2. de iis qui non implet. stipen. sacram. soluti sunt lib. 10. C. tit. 5. 4. de priuileg. veteran. in P. ¶ Idcirco & ¶ veterani uide donati in colonias mittebantur, ut pro nauarum opera tot annos reipublice agros acciperent, ut meminere Linius lib. 2. decad. 5. in oratio. M. Popili centurionis. & Tacitus Corneus in 2. sub finem.

¶ Causaria missio est ¶ quæ propter ualeitudinem corporis, uel agridudinem animi militia soluebat, quod quis ideo minus idoneus militiae renuntiauerat, l. 2. §. ignominia, de iis qui notant. infam. P. l. milites. §. missio, de re milit. P. ut ob profectæ ætatis seniam, ob quod est & causaria honesta missio. l. penul. de iis qui non implet. stipen. sacram. soluti sunt, lib. 10. C. Et sic de similibus, uide & milites causarii apud Linium, lib. 6. decad. 2. & Corn. Tacitum in oratio. Drusi ad tumultuarias Illyrici legiones.

¶ Ignominiosa ¶ missio est, cum quis propter delictum sacramento soluitur, d. l. 2. §. ignominia, & d. l. milites, §. missio, at proprie soluebantur sacramento veterani, exautorabantur autem puniendi, ut apud Ammianum Marcellinum lib. 24. Exautorare est, insignia militaria detrahere, d. l. 2. §. ignominia. Sic enim & omnia priuilegia militaria una adimuntur, & ignominia notantur, d. §. ignominia, l. testamenta, de militar. testa. in P. l. relegatorum. §. fin. de inter. & releg. in P. l. 1. de iis qui non implet. stip. sacra. soluti sunt, lib. 10. C. exautorati.

De Legibus militaribus. Cap. 5.

- 1 Militarium legum in tria capita digestio.
- 2 Armorum cura imposta militibus, & 3. 4. 5. 6.
- 3 Arma in bello amittere uel alienare, militi capitale. eod.
- 4 Clypei sui, num saluus esset, Epaminonda lethaliter uulnerati cura.
- 5. 6. 7. Gladium conseruare in bello & extra bellum, militibus bonis commendatum ualde.
- 7 Gladium in palatio principis de ferro prohibitum.
- 8 Arma de ferre & habere priuatis prohibitum.
- 9 Senatus armorum tractandorum facultatem concessit.

Disciplina ¶ militaris suas leges habet paulo diuersas a communibus, eum & priuilegia multa sint huic concessa, præter & contra iuris communis dispositionem. Has in tria capita distulimus ratione rerum, personarum, officii, & modi militan-

¶ Ceterum ¶ Annonam exercitui militum, nemo emere potest: & qui compa-
rauerit, si honestioris fortunæ, confiscatione bonorum multatur:
si abiectionis, capitali supplicio afficitur. l. 1. de in legib. l. 1. si ni-
ani militibus Græcis. ¶ Officium ¶ tribunorum etiam est, frum-
mentationibus commilitonum inter se, frumentum probare, mensuræ fraudem coercere, officium, l. 1. §. si de re mil. P.

De Veste militari. Cap. 7.

1 Vestes militares quo tempore anni dabantur.
Canon exactus ob vestem militarem, eod.
2 Stipendia militum, vestes, annona, tergora bouum, arma.
3 Nudi pugnant: Heruli & Gessate.
¶ Venadmodum ¶ militibus itatæ annona erant, sic & vestes
certis temporibus illis præbebantur, a calendis Septembri-
vsque ad calendas April. l. de militari veste, lib. 1. c. 11. 40. Ali-
quibus fortissimis videlicet & honoratioribus in pretio, aliqui-
quibus autem vt gregariis in specie, l. 1. c. 11. de militari veste, c.
eo. Et ad harum v. stium onera canon ex prouinciis exigebatur, l.
2. §. 3. c. eod. ¶ Tradit ¶ Liuius lib. 3. dicit 3. dum agitur de Pub. &
Cn. Scipionum literis ex Hispaniis ad senatum missis, §. lib. 6. seq. mi-
lilibus in stipendia datam non solum pecuniam, sed etiam vesti-
menta, potissimum hyeme, & frumentum: distributa & in sti-
pendia militibus tergora bouum, vt innot. Cornelius Tacitus li.
4. annal. dum ait, Deusum Frisiis transhenanis populis tribu-
tum iussisse, vt in stipendia militum tergora bouum præberent.
Sic & Polybius tradit, arma, vestes & frumentum, quæ militibus
dabantur imputari eorum stipendiis, lib. 6. Plutarchus tamen in
vita Gracchi, lege Semproniam tradit, immiuto stipendio, cui-
bet militi vnâ datam vestem. ¶ Forfan ¶ Heruli vestium mili-
tariū indigni non fuerunt, vt Romani: nam si pugnare nudi
soliti erant, foliis amplexibus pudenda tegentes, vt scribit Ci-
cero pro Calio, & Vulcatius Gallicanus in Auidio Cassio. Polybius
Gessatas huiusmodi describit: Qui trans Alpes, inquit, Rhoda-
num habitant: & propterea quod militiam mercenariam obeunt,
Gessata vocantur (nam id ea dictio significat) reges habebant bello In-
subram Gallorum cum Romanis peracto, Congolitanum & Anero-
stem, si cum Boiis & Insubribus pugnant: contra Romanos, ob ma-
gnitudinem animi & incredibilem gloriam cupiditatem abiectionis subli-
gaculo & scuto, nudi tantum ante omnes stabant, rari per eum mo-
dum apti: & sese magis expeditos ad bellum fore: si quidem densi
in his locis sentes implicarent vestes, & vsus armorum præpedirent.
Polybius li. 3. hist.

De Hospitiis militum. Cap. 8.

1 Hospitium alimentis connumeratur.
2 Hospitia militaria in castris tentoria, & alibi domus.
Hospitiorum designatores, mensores, eod.
Metator quis eod.
Metatum quid, eod.
Mentionis castrorum forma, eod.
Tentoria erigendi vel deponendi in castris lex, eod.
Fourriers, quæ & nominati, eorum pœna si quid exto: queant ob
liberationem hospitium, eo. §. 11.
Hospitiis signati nomen delere falsi habet pœnam, eodem.
3 Hospitio: non militum leges quædam.
4 Hospiti: diuisio inter dominum & hospitem mit rem vt fiat.
5 Hospiti: nomine qua militibus hospitibus debentur.
6 Salgama qua hospitibus præbenda.
7 Metatoris liberatio ab hospitio, non potest alio hospitio onerari.
8 Hospiti: omni patrimonio munitur: & qui conon: rem amittit.
9 Hosp: torum: munitur: alio non oneratur.
10 Hospiti: mil: uni euntium in bellum, & redeuntium vbi debent
constitui.
¶ Inter ¶ alimenta, & hospitia ad habitandum connumerari,
quia sine his non potest commode quis viuere, palam est, l.
verbo vltius, de verbo, sign. P. quanquam hospites inter peregrin-
nos sint, nec proprie habitare dicantur, l. 1. §. habitare, de his qui
deserer. vel effuder. in P. l. de iur. iur. §. de metat. li. 12. C. ¶ Proinde
2 de hospitibus ¶ militum agendum. Erant hospitiorum militarium
duæ species, in castris videlicet, & in domibus in castris taberna-
cula & tentoria erant. Qui ea hospitia distribuiebant mensores
& designatores a Vegetio dicti, l. 2. de re militari. Metatores vo-
cantur l. i. de metat. l. i. §. de metat. lib. 1. c. 11. 41. &
mensores etiam, l. 1. §. 2. de metat. §. 1. de metat. lib. 1. c. 11. de metat.
eo. li. 12. C. 11. 28. In castris metatum, erat spatium loci, intra quod

militem se continere & hospitari oportebat. Et Sidonius Apol-
linar. in Panegyrico Anthemio dicto.

Contrahis, aggredere, superas, includis, & vt re
Metato spatio castrorum saratica vidit,
Obsidione premis.

De castrorum metatione & de forma seu figura, & quæ obser-
uanda in illa. plura colligit Alexander ab Alexandro. quæ apud
illum videto, lib. 1. genal. dicit. c. 12. & apud Polybium li. 6. c. 11. v. d.
Ioseph. b. de bell. Iudas. vbi & lex, ne cui militum prius liceat erige-
re, vel d. ponere tentorium suum quam tribunorum Imperato-
risve tentorium erigatur deponaturve. Signabant teta, vel alia
re metatores hospitia manu propria, nomine hospitis in foribus
domus: quod si quis deleuisset, falsi pœna tenebatur. l. 1. de metat-
ris, lib. 12. C. a foribus & hodie isti vocantur qui metati, apud nos
fourriers, s. mareschals de logis.

¶ Leges ¶ de hospitibus militum dictæ sunt: quarum prima e-
rit, vt illicita ministeria sub prætextu adiuuantium militares vi-
ros ad concutiendos homines procedentia præhibeantur, & de-
preher. fa coerceantur a præside prouinciæ. Et caueatur, ne tenu-
is vitæ homines, sub prætextu aduentus officiorum, vel mili-
tium, limine vnico, id est, eius quod pauperi necessarium est, vel
limine seu habitatiuncula vnica, vel breui supellectili, ad alio-
rum vsus translatis iniuriis vexentur. Ne quid sub nomine mili-
tium quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, a qui-
busdam propria sibi commoda inique vindicantibus, commita-
tatur. Vt in l. illicitis, §. 6. §. illicita ministeria, cum §. §. seq. de off. præf.
li. 8. P. 11. 18. ¶ Lex ¶ alia diuisionis domus inter hospitem, & do-
minum, qua insolentia militum continetur, vt distincta domo
in tres partes, duas dominus sibi liberar habeat, tertiam vero,
hosp: ex tribus primam eligit primum dominus, secundam
hospes, tertia domino relinquitur. Nisi hospites illustres sint:
quia tunc media domus pars iis relinquitur. Eo tamen in omni-
bus his obseruato, vt ergasteria mercium causa extra diuisionis
partes dominis libera sint: nisi equites hospites sint, quibus si
stabula deficiant in domo, pars aliqua ergasteriorum sine ma-
gno incommodo domini, stabulo deputatur, pœna aliter quam
diximus tentantibus, si illustres sint 30. libratum auri imposita,
ceteris militia priuandis, l. 2. de metat. lib. 12. C. & l. baol. ge. 10. §. si
qui illustres, eo. 11. ¶ Hospitiorum ¶ nomine domini tenentur præ-
bere hospitibus, que habitatiuncula tantum necessaria sunt,
non etiam ea animalium pascua vel hominum efcas. Quinimo
& miles, qui ea exigit, & dominus qui etiam ea sponte exhibet,
pœna affici debent, l. de nouum, §. de met. li. 12. C. 1. §. de erog. militi
anno. li. 12. C. 1. 2. ne vstricani ad vllum obseq. denocen. l. 11. Cast. §. 4.
Ideo enim stipendia & annonas milites accipiunt, ne prouinciæ
onerent, d. l. 3. de erog. militi. anno. ¶ Forfan ¶ vetitum non erit
6 salgama rustica militibus petere, videlicet 72. tæcy, quæ condita
ad vsum domini seruantur, vt puta mala, pyra, ficus, vvas, rapas:
nam ea vili pretio sunt, vt innot. Columella, dum ait lib. 10.

Tempore non alio vili quoque salgama merce,
Capparis, & tristes inula ferulaque minaces
Plantantur.

Verum cautum, ne quis militum, aut tribunorum, aut præposi-
torum, salgami nomine exigat ab hospitibus suis culcitra, ole-
um, lignum: nec etiam volentibus iis hospitibus auf. rat, l. vnde.
de salgamo hospiti. non præb. lib. 12. Cast. §. 2. neve balneum a de mino
ad ium postuier, l. hoc p. speculum est, de metat. lib. 12. C. Liceat pro-
pria auctoritate militem expellere cuiq; domino, si prægrauan-
di causa in possessionem venerit, nec crimen aliquod pertime-
scat: cum arbitrium vltionis suæ sibi sciat esse concessum, l. de nou-
tum, §. eod. tit. ¶ Qui ¶ hospitia præbuerunt metatoribus, siue
7 quolibet pacto eis latis fecerint, nullam vel pensionis vel dis-
uisionis domus gratia molestiam sustinere coguntur. l. omnes §. de
metat. lib. 12. c. 9. C. ¶ Hospitiū ¶ onus, munus patrimoniale est, l. 3.
8 de muneribus patrimonialibus, l. 1. c. 1. §. 1. non vnus de muneribus & hono-
rib. in P. Idcirco quemadmodum diximus a muneribus patri-
monialibus liberos quosdam esse, sic & b hospitiis quosdam re-
leuari annotandum est: quamuis non omnes, qui a patrimonialibus
excusantur, ab hoc immunes sint, sed quibus indultum le-
ge est: quales sunt, arch: atri principis & vrbis Romæ, literarum
magistri, & artium liberalium professores, insignesque piores,
& doctores legum, scilicet professores, l. arch. atri, de metat. li. 12.
C. l. medicos, & l. mal. de profess. & med. lib. 1. c. eod. tit. §. 1. final.
§. final. de muneribus & honoribus in P. Item contules, & patricii tres
domos habent ab hospicio liberar, & heredes eorum: horum

fili pater, mater, foror, frater, vxor, duas. Consules tantum duas femis, & heredes eius vnā femis. Si solum consul, eodem modo. Praefecti & magistri militum, dum viuunt, duas: heredes eorum, vnā: magistri officiorum vel quaestores, vnā femis: heredes eorum, vnā. Comites domesticorum & prosectorum, sacrarum vel priuatarum largitionum, singulas: heredes eorum, dimidias vt statuit Arcadius in l. hac lege, 10. de metatis, li. 12. C. Immunes quoque facit Leo, decem tribunos post primicerium, ab hospitiis in domibus, quas habent in vrbe Constantinopolitana, l. fin. eo. tit. de meta. Item & praetoria ordinariorum iudicum, l. cum eos, 3. C. eod. tit. & fabricentium domus, l. fabricensium. C. eod.

9 Qui autem immunes ab hospitiis sunt, non debent vicinos onerare: nec debent, vt illi onerentur, immunitatem impetrare.

10 *Homines qui, 9. de meta. lib. eod. C.* Ceterum ¶ & annotandum est, militibus ex bello redeuntibus, vel in bellum euntibus non semper hospitia in domibus priuatorum constituenda esse: sed & in turribus murorum iuxta solum, non autem in superioribus contignationibus: forsitan metu prodicionis, sed in pedepianis, vt loquitur Iustinianus in l. deuotissimos, 7. de metatis, li. 12. C. Sed & Plutarchus notat, morem fuisse Romae, exercituum ducibus vrbe non ingredi, *Plutarch. in Pompeii vita.* At dum in praesidio milites sunt, placuit Francisco I. eius nominis Regi Gall. intra mœnia vrbiū hospitari debere. *Ordonnances du Roy Francois sur la fait de la guerre, artic. 3.* vt que si quis ex ciuibus, vel caminum vel stabulum domus suae corrumperit deiecit, ne milites reciperet, domo ita illis reddita inutili, cogere ut refarcire & reficere, & mobilia inde eiecta restituere in formam pristinam. Ceterum suppellectilia militibus concedi cum inuentario iudice loci auctore, & ex eodem restitui, antequam inde migrant, *ead. cons. tit. art. 7. & 8.* ¶ Edidit ¶ & idem rex caput ad meritis metatores militum, vt si quis praetextu officii aliquid a dominis domorum extorserit, ne ibi lignaret vel designaret hospitia, furca suspendatur, *ead. cons. tit. art. 23.* Demum vt qui ab exercitu cum commeatu impetrato & subscripto a suo duce recedunt, non hospitentur gratis, sed in publicis hospitiis, more aliorum viatorum, *ead. art. 26.*

De Prædiis & Castris militibus assignatis.

Cap. 9.

- 1 Prædia militaria.
 - 2 Prædia in usum vel opem militiae a priuatis relicta.
 - 3 Castella militum limitanea.
 - 4 Magistra militum cura circa castella limitanea.
- 1 ¶ Nō feudorum tractatione docuimus, aliquando distributos fuisse agros, potissimum limitaneos, militibus, vel pro onere militiae, vt in agris, de acq. rer. domi. in P. *Homines fundi. 8. de fundis patrimon. lib. 11. C. tit. 61.* quos ipsi suo labore curarent, eosdem & defenderent, omni tributo remisso, l. fin. de fundis limit. lib. 11. C. tit. 59. In nomine domini, de offi. praefect. prae. *Asi. li. 1. tit. 30.* de quibus iterum non loquitur, sed addam, & a priuatis etiam in vsu militiae fundos relictos aliquoties, vt ex illorum pronentibus militibus frumenta darentur, l. de fundis limit. lib. 11. C. ¶ E-
- 2 rant ¶ & castellorum loca, in oris regni, quae ab aliis, quam a militibus non poterant detineri, vt si priuati castelli inuenti essent non milites, capitali sententia piederentur, l. 2. eod. tit. de fundis patrimon. Quia priuato custodia limitis imperii committi non debet, l. legatum, de operib. publi. in P. propter periculum vicini hostis & prodicionis. ¶ Quinimo ¶ & cura magistrum militum olim erat, ob eundem metum, vt etiam castella per milites possessa limitanea, & ciuitates per limites constitutas, quae ad iustam magnitudinem accederent, ita disponeret & circumcideret, vt per paucos possent defendi & tuto conseruari, d. l. in nomine domini, §. interea, de offi. praefect. prae. *Asi.*

De Officiis militum, & pœnis in illis delinquentium. Cap. 10.

- 1 Militare crimen quod dicatur.
- 2 Militares leges de non detrahenda militia, de se non dedendo, de obedientia praepositorum mandatis.
- 3 Pugnandum non esse, nisi iussu imperatoris exercituum, exemplis vindicta docetur.
- 4 Militum contumacia plestenda.
- 5 Militibus vallum, aut agmen non licet excedere.
- 6 Miles manus inferens, aut eum deserens, aut contumacia praeposito quomodo puniendus, §. 12.

- 7 Seditionem mouens in exercitu miles, vt puniatur. *Commilitonem vulnus, autis pœna, eod.*
- 8 Leges de disciplina militum ab Aureliano praescriptae.
- 9 Pugnae initium apud Romanos praecedebat adoratio Dei. *Religio in castris obseruata, eod.*
- 10 Pleniunus in pugna obseruatio, eod.
- 11 Miles ab auditu tubae distans inter hostes.
- 12 Ordines deserere pœnam habet capitalem. *Custodiam deserere capitale, eod.*
- 13 Sortitio ad pœnam militare supplicium, eod.
- 14 Stare pœna militaris, eod. §. 15.
- 15 Scutum praese ferre pœna militaris, eod.
- 16 Stationem relinquere capitale.
- 17 Militiam duplicem nemo habeat.
- 18 Commeatum quo tempore militibus dare non liceat, eodem.
- 19 Desertionis crimen diuersum & pœna, §. 17.
- 20 Desertor quis, eod.
- 21 Emersor quis dicatur, eod.
- 22 Fugitiuus quis. *Erro quis, eod.*
- 23 Pugnantis alius, non pugnare, capitale, §. 21.
- 24 Pœna militaris, milites inter sarcinas & captiuos ponere, *fratris habitis.*
- 25 Miles iniussu magistratū, ne alio se transferat.
- 26 Miles ne commilitonem pugnantem deserat. *Transfuge qui.*

Officium regentis ¶ exercitum in duobus consistit, videlicet in danda & conseruanda militari disciplina, *Lofficium, §. 1. de re milit. P. lib. 49. tit. 16.* Quam qui offendunt, militate crimen committunt: vt si extra hanc disciplinae rationem delinquant, commune crimen admittere dicuntur, l. 2. eod. ¶ Leges ¶ militares formulam, & viuendi, & officii praescripserunt, quarum aliquas recensere, additis pœnis eorum qui ab his declinant, & ita delictum militis est, quod aliter quam disciplina militum exigit, committitur, vel segnitie, vel contumacia, vel desidia, *Homine delictum, 6. eod.* Prima erit, ne quis munus militiae detreget, nec se vel suos subtrahat, alioquin pœna imminente legibus imposita, l. 4. §. *grauissimum autem, §. §. si q. eod.* Ne se dedat cui non licet, hocque crimen augetur, vt in ceteris delictis, dignitate, gradu, specieque militiae, l. 1. §. *fin. eo.* Obediunt milites praepositis, & mandata eorum exequantur: aliter peccatum desertoris subeant, l. 3. §. *si praesides, eod.* Ne prohibita a duce faciant, vel mandata omittant: alioquin capite puniantur, etiam si res bene gesserint, l. 3. §. *in bello, eo. de re milit. Homine delictum, §. contumacia, eod. si mil. lex 12. in militari. In finia.*

¶ Q. Fabius ¶ Rutilianus magister equitum a Lucio Papyrio curiore dictatore virgini iussu cordi, quod exercitum eduxisset aduersus Samnites sine eius iussu, quamuis eos fudisset, *Valer. Max. li. 4. c. 2. Eutrop. li. 1. Tit. lib. de vir. illustribus.* Vt & Posthumius Tiburtus, & Manlius Torquatus, filios etiam prouocatos ab hoste & victores, insulerunt occidi, quod non expectato imperatoris iussu pugnassent, *Val. Max. li. 9. c. 3. Orof. li. 3. c. 9.* ¶ Et multo ¶ grauior contumacia erit ipso contemptu. Nam vt docet exemplo & responso P. Craffi Mutiani Gellius, corrumpitur & dissoluitur officium Imperatoris, si quis ad id quod iussus est, non obsequitur, & consilio ducis non considerato, arbitrio respondeat, *Gell. lib. 1. cap. 14.* ¶ Qui ¶ agmen excesserit, ex causa vel sustibus caeditur, vel mutare militiam solet. Nec non & si quis vallum transcendat, aut per murum castra ingrediatur, capite puniatur: si vero fossam transfilit, militia reicitur, in l. 29. *militar. Iustinian. §. in bello, de re milita. vide Constant. Harmonopo. lib. 1. tit. 16.* Hoc enim & in muris publicis & fossis capitale perpetuo fuit crimen, l. si. *de rer. diuis. in P.* ¶ Qui ¶ manus intulit praeposito, capite puniendus. Augetur & hoc crimen qualitate seu dignitate praepositi, in *Homine delictum, §. 1. de re milita. c. homo Christianus, 40. dist. in l. 1. c. 12. §. 17. leg. milit. Justin.* Sicut & contumacia, irreuerentia omnis aduersus ducem vel praesidem militis, capite punienda est, d. *Homine delictum, §. contumacia, l. milita agrum, 1. §. irreuerens, de re milit. P.* Eadem capitalis pœna et imposita, qui praepositum suum deseruerit, vel protegere noluerit, l. 3. §. si. *de leg. omni delictum, §. si. eod. tit. l. 1. c. 2. §. cum dominus ad Syllaniam, P. c. 131. leg. milit. Justin.* ¶ Ad ¶ contumaciam seditio ¶ pertinet mota inter milites, quae si atrox, capite puniatur: si in tra-

vociferationem, vel leuē, habet e gradu militiæ reiectionem, l. 3. §. qui seditionem. de re milit. P. §. l. 13. leg. militar. Iustin. Lex Rothari inter Langobardos, animā, id est, vitā periculum in eos statuit milites, qui contra principem, vel in eum quem illis præposuerit, eam mouerit. l. 5. tit. de malefic. ubi. l. leg. Langobard. Scipio Africanus, in castris Hispaniæ seditiones milites, nudos protrahi iussit, & ad palum deligatos, virgisque caesos securi percuti, vt auctor Lilius. l. 8. de ad. 3. Sed plura alibi de seditionis suo loco in crimine lætæ maiestatis humanæ. Porro qui commilitonem vulnererit si quidem lapide, militia reicitur: si gladio, capite plectitur, l. omne delictum. 6. §. si quis commilitonem. de re milit.

8 in P. Leges militares † Aurelianus. Cæsar tribuno præscriptis huiusmodi. Flaut. Vo. sic. in Aureliano: Nemo pullum alienum rapiat, quem nullus contingat, vnum nemo auferat, segetem nemo decerat, oleum, sal, lignum nemo exigat, annonā suā quisque conuentus sit. De præda hostium, non de lacryis provincialium habeat. Arma tersa sint, ferramenta Samiata, calciamenta fortia: vestis noua veterem excludat. Stipendium in baltheo, non in popina habeat. Equum signarium suum defecit capium animam non redat, multum cenuria tum communiter curat. Alter alteri quasi seruus obsequatur, a medicis gratis curentur, aruspiciibus nihil dent. in hospitium caute se agant.

9 Qui aliter fecerit, vapulet. § Romani quoque, † qui maius momentum in religionis obseruantia, quam in vincendis hostibus posuerunt, initio pugnae ex more Deos suos adorare & venerari solite erant, Plutarchus in vita Marci. Cæli. Rhod. l. 5. c. 27. Lacedæmonius ante plenilunium in aciem prodire, lege non licebat. Suidas in Hippiā. Aliquando & Iudæicus populus a bello abstinit Sabbatho, ob Dei honorem: donec necessitas Machabeos legem & vitam illo die arma sumere coegit. § Lex † alia militaris, militem ab auditu tubæ exercitus distantem, in hostium referrebat numerum, Ap. Alexan. in Lybieo. § Alia † Alexandri Cæsaris, vt si quis de via in alienam possessionem deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subiceretur in conspectu eius Cæsaris Alexandri, aut virgis, Lamprid. in Alexan. fact. l. 3. vers. sed qui agerunt. de re milit. in P. Sic Philippus Rex Macedonum Aphthonerum flagris cecidit, quod cum situisset, acie deserta, digressus abstinere in publicum hospitium diuertisset, Elia. l. 1. 3. de var.

12 hist. ca. fin. § Refert † & Appianus eos, qui seditionem in exercitu contra tentent qui custodiam aut ordines in bello reliquissent, forte delectos morte multat. Appian. lib. 3. bello civil. Est enim digna obseruatione lex, ordines ne quis deserat. Atque pœna aliquando non seruati ordinis, ignominie causa stare, & scutum præ se ferre. Quia damnatus sub Lyfandro clasfis Lacedæmoniorum præfectus D. r. yllides Pharnabazo accusatus, Xenoph. l. 3.

13 rer. Græcar. § Suidas † autem apud Romanos capitale fuisse tradit deseruisse munus suum, stationem leu aciem, Suid. in ver. 2. es. pœna. Modestinus eum qui stationis munus r. inquit, plusquam emanforem esse dicit, & pro modo delicti, aut castigari, aut gradu militiæ deici, l. 3. §. qui stationis. de re milit. P. Et ex eodem, legio si d. si. ia. solet militia auocari, d. 4. §. si. Gratianus, Valens Theodol. Cæsares iubent, ne milites & tribuni per possessiones vagentur, sed vt remaneant cum signis propriis, & in mansionibus solitis ac publicis: alioquin grauiori supplicio indidit, in l. r. ubi. de re milit. l. 2. C. §. Hinc † mutatur ratio lex, ne quis duplicem tractet eodem tempore militiam, l. si qui milit. non poss. l. 1. 2. C. facit. l. si de assensu. C. §. de multa. de præben. quia militiā assiduam exigat militem, nec momento. beuntur. Imo lex Iulianiani Græca ian. iuit, l. 2. in legibus milit. iust. vt miles capite puniatur, qui tempore pugnae, vel dum acies ordinatur, statione aut signo relicto fugerit, aut ex loco profuerit, in quo ordinatus, cadaueris spoliandi causa, aut ad hostes temere profectus, vt pote qui ordines acie distorserit, & locis suis inuidias parasse videatur. Imo nec licet a numeris ad alios numeros milites transferre, nisi angusta maiestas vtilitatis publicæ causa hoc fieri iusserit. Contra publ. cam. l. 4. de re milit. l. 12. C. gl. in c. ad a. skol. cam. in vrb. ad prohibendum. de regu. a. Neque ipsi ducibus permillum passim tempore belli commeatum militibus dare: pœna capitali & dantibus & accipientibus imminente, l. 1. de commant. lib. 12. C. tit. 43. non omnes. §. 1. de re milit. P. nisi paucis & ad breue tempus & non vigente opposito hoste, l. per hanc. §. vt autem. de eroga. milit. anno. l. 12. C. & expositis prius causis profecti-

15 omis l. nemo miles. l. 3. eod. Græchus † consul in secundo bello Punico. exercitum Volonum, quod in prælio focios deseruissent, iussit itando cibum capere per omne belli tempus, L. nius lib. 4.

16 de cad. 3. §. Desertionis † crimen gradus habet, quia diuerso modo

do habet delictum. Siquidem desertor in iure dicitur civilis, qui per prolixum tempus euagatus reduciat, Modestinus l. 3. §. desertor. de re milit. in P. & qui belli tempore abiicit a signis, l. 1. §. de desertor. de desertorib. l. 12. C. tit. 46. In quo postremo differt ab emanfore, quis est, qui postquam diu vagatus est, in castra reuertitur, d. l. 3. §. emanfor. l. 3. proximus est, qui ad diem commeatum, & qui commeatum spatium ex cedit in eadem causa est, l. qui commeatum. l. 4. de re milit. Edictum Germanici desertorem militem faciebat, qui diu affuisset: vt is inier emanforem haberetur. Lemus tamen delictum emanforis, velut in seruus, erroris: grauius desertoris, vt in seruus fugitiuis l. 4. §. edictum Germanici, de re milit. in P. §. Plane fugitiuum † dicitur leges eum, qui ita consilio capto a domino aufugit, ne ad illum postea reuertatur. Erronem vero pusillum fugitiuum, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur. Vp. in l. qui est fugitiuus. l. 7. cum suis §. §. errorum. de adul. d. l. lib. 2. l. 1. P. tit. 1. Examinatur autem causa semper emanforis qui, & ubi quis fuerit, quid egerit: & datur venia verudini, affectioni parentum & affinium, l. 4. §. exam. in vrb. de re milit. in P. Pœnas enim in proximos sæpe præiunctionem doli mali pellit. Et si seruus fugientem persecutus est, vel si qua huiusmodi causa fuit. Vp. in l. 3. §. si eum quis retineat. de libero hom. exhib. l. 4. §. tit. 28. l. 2. de except. in P. Nec omnes desertores similiter puniuntur, sed habetur ordinis, stipendiorum ratio, gradus militiæ loci, muneris deserti, ante actæ vitæ, si solus, vel cum aliis deseruerit: num crimen desertionis solum sit, vel aliud habeat coniunctum, & temporis, quo in desertione fuerit. Qui in pace deseruit eques, gradu pellendus: pedes militiam mutat. Qui autem in bello, vt etque capite puniatur. Crimen adiectum desertioni grauiorem addit pœnam. Desertor ex prima desertione, capite puniatur in vrbe inuentus: alibi, ex prima desertione destituitur, ex secunda capite puniatur. Desertor se offerens: ex indulgentia principis in insulam deportatur, l. non omnes. §. cum sequi. §. §. de re milit. Iustinianus tamen mitius agens, ait desertorem qui sponte processerit, peccati anterioris iupplicium timere non debere, in l. 1. §. desertor. de desertorib. l. 12. C. qui desertorem scienter receperit & celauerit in domo vel agro, & is capite puniatur, & domus fisco deservat, l. 1. eod. tit. Si quis, inquit Carolus Magnus, adeo cotinax aut superbus exstiterit, vt dimisso exercitu abscessisset aut licentia regis domum reuertatur, & quod nos Theononica lingua dicimus exstiterit fecerit, ipse vt reus maiestatis periculum vite incurrat, & re eius fisco nostro seruetur in constitutionib. Caroli Magni, in capitularibus ad dicit ad leges Langobard. tit. de desertorib. Scipio militatē disciplinam apud Numantiam corrigens, quem milite extra ordinē deprehendit, si Romanus esset, vitibus: si extraneus, fustibus, æ. idit, l. 58. Epuloa Lini. Aliquando, si miles ad exercitum non rediisset, consul eū & bona eius vedere iussit, lib. 11. Epitoma. Lini. §. Tempore † quo est pugnandum, non pugnare, & ita munus suum deserere grauius crimē est: vt pote patris, nis specie habens, & feruoris idcirco, & morte vindicatur. Eo nomine Lætus dux exercitus Seneriani Cæsaris capite damnatus, post commissum prælium Lugdunense, quod aliis pugnantibus a prælio spectat or abstinuit, Herodia. lib. 3. Eadem ratione & Metius Sufferius dux Albanorum, cum exercitu ab Alba, a Tullio Hostilio in auxilium accitus contra Veientes, cum a pugna se subtraxisset in montem, vt pugnantium videret exitum, & fortiori postea se iungeret, vt proditor in diuersas partes distractus, arboribus in diuersa tendentibus, pœnas meritas rependit, Linius. l. 1. deca. 1. Oros. in 2. c. 4. Scribit & Gregorius Turonensis lib. 2. hystoria Francor. ca. 41. Clodouēum Francorum regem indignatum contra Charvicam in auxilium vocatum, quod is, dum cum Siagrii pugnaret rex, emicuit stetit neutram partem adiuvans, exitum exspectans, vt cum eo qui vinceret amicitiam iniret. Et ideo tandem capitali cum filio eum supplicio affectus. De his etiam, qui non pugnant aliis pugnantibus, in proditorum serie, dum ageremus de crimine immunitate humanæ maiestatis egimus. § Subiugam † tamen aliam pœnam, quæ etli capitalis non sit: atamen feruor ob ignominia diuurniorē videtur nobilib. & genere illustri natis. De qua apud Ammian. Marcell. l. 25. qui refert tertiariorū equestrem numerū a legionib. incusatum, quod cum ipse aductum hostium irrumperet acies, illi paulatim dilapsi alacritatem pene totius minuerent exercitus: vnde com. notus ad indignationē iustā Imperator exercitus, ad-

licet t
nt. de
men
nant,
ultra
mal.
dicit
ygit,
ne de
neci
mpo
ficer,
radu,
is, &
tibe
data
rinit,
mil.
pyrio
ifficel
aler.
fihu
omato
Im
Et
ocet
s est,
o re
avel
quis
apito
at. l.
lib. 1.
eruo
post.
di
Chri
cont
in m
litis
im
erit,
u ad
ditio
7
intra
proci

emtis signis. Iustisq; diffractis, omnes eos qui fugisse arguebantur, inter impedimenta, & sarcinas, & captiuos, agere iter impo-
 sinit. ductore eorum qui fortiter solus deceratar, alia turma appo-
 sita. cuius tribunus turpiter praelium deseruisse annuntiabat.
 Abiectos quoque fuisse sacramento alios quatuor, ob fli-
 gium simile vexillationum tribunos. Scribit & Gellius *lib. 10. cap. 8.*
 quod & fuit antiquitus militaris animaduersio, iubere militi
 ignominia causa venam solui, & sanguinem dimitti quod opi-
 natur factum in militibus stupentis animi, atque a naturali ha-
 bitu declinantis, vt non tam poena quam medicina videretur.
 Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum per con-
 suetudinem: quasi minus sani viderentur omnes qui delinque-
 rent. ¶ Huc ¶ addenda Lacedaemoniorum lex. quam ab Aegypti-
 is acceperunt, neminem bellatorum citra magistratum con-
 sensum alio se conferre, *Isocrates oratio. 5. que inscribitur Helena*
 20 *encomium.* ¶ Lex ¶ Rotharii Langobardorum regis, *Si quis con-*
 21 *tra in micum pugnando, collegam suum dimiserit, aut alium fecerit,*
si eum deceperit. Et cum eo non pugauerit, anima sua detrimen-
tum patiarit. l. 1. legum Langobardorum. de malef. 6. Fultuarium etiam
 iam apud Cleer-nem meruit, qui contulem reliquerit, *Cicer. 3.*
Philippica. Et Francis etiam, deseruisse exercitum capitale, quod
 illis sua lingua, *Heriscblitz. Beat. Rhena. lib. 2. rer. Germanicarum.*
 Defunctorum in desertione bona, confiscari Marcus & Antonius
 CC. statuerunt. *l. 4. de re milit. l. 12. C.* Disciplina antiqua Ro-
 manorum secundum Polybium, ex desertionibus pluribus. quidam
 coram omnibus militibus sorte extantur, arguuntur, fuisse
 caduntur. nulla deprecatione admissa. At reliqui, hordeo il-
 lis pro tritico demenso, extra vallum munimenta tendere iu-
 22 beatur, *Polybii in Sex. ¶ Inter ¶ desertores transfuga quoq; an-*
numerandi, qui malo consilio & proditoris animo patriam re-
linquunt, Paulus in l. postluminum. 19. § transfuga. de capt. & postli-
min. reuer. l. 49. P. tit. 15. Sed desertoribus quibusdam leuior poe-
 na. Magis delinquit emanfore desertor, & desertore transfuga:
 & ita oblatas desertor, vela se. vel ab alio. ex quibusdam causis
 poenam euitat desertionis. *l. 4. § edictum. de re mil. in P.* Deportatur
 tamen qui non nisi post quinquentium, se obtulit: nisi mi-
 nuenda poena sit deteriore militia, si pater filium officiat, ne ad
 supplicium pater videatur obtulisse. *l. milites. 13. § desertorem. eod.*
tit. P. Transfugas, sicut & consiliorum nostrorum renantiato-
 res, scilicet hostibus, aut viuis exuri. aut furca suspendi debere
 respondit Paulus *l. si quis aliquid. 38. de pan. lib. 48. P. tit. 19.* Atque
 Modestinus, eum qui ad hostes transfugerit & redierit torquen-
 dum esse, & ad bestias damnandum, respondit. *Modest. in l. 3. § is*
qui, de re mil. P. Marcellus transfugas, vbicumq; inuenti fuerint,
 quasi hostes interimere licere quoq; statuit, *Leisdem. 3. § si ad le.*
Corn. de sicar. l. 48. P. tit. 8. Quod & probat Iustinianus in deserto-
 ribus, si illi armis resistendum esse putarint, *in l. 2. de deserto. l. 12.*
C. Arrianus Iuricons. ei qui transfugit, & postea multos latro-
 nes apprehendit & transfugas demonstrauit. posse parci ex edi-
 cto Adriani Casa tradit: & tamen plura ea, nihil permitti o-
 portere, *l. non omnes. § si. de re mil. P. argu. l. qui quis, § fin. ad l. Iul.*
ma esta. C. l. 1. C. de is qui se deserunt.

Leges circa segnitiam militum. Cap. II.

- 1 Miles laboribus assuetus esse debet.
 - 2 Militum pauidum, & primo fugientium poena.
 - 3 Excubias relinquendum poena.
 - 4 Excubiarum circutio, & mutatio & partitio vigiliarum, eod. § 4.
 - 5 Tribunus vigilias circumire debet, & poena non circumeuentis. Poena vinum sepeliri eod.
 - 6 Pinguis habitus ignaui, & equo prinati.
- 1 Milites ¶ inter cetera & laboribus duratos, & vigilantes esse
 par est: cum in bello non liceat bis peccare: Miles, inquit
 Senecus Cael. labore probatur, non molitudine, Herodiamus, *l. 2. hi-*
 2 *sto. Caesarum.* Et Vlpian. Milites, inquit, appellantur a mollitia, id est,
 duritia, quam sustinent, per antiphrasim, *l. 1. § milites autem, de*
 2 *militar. testamen. in P.* Quemadmodum quoque Sextus Pompe-
 2 ius Festus notat *lib. de verb. sign. ¶ In ¶ hac ¶ igitur etiam disciplinae*
 militaris parte, & leges consueturae in pauidos & legnes. Prior il-
 la, *Qui in acie prius fugam fecit, spectantibus militibus, propter ex-*
 2 *emplum, capite punitur. l. omne delictum. 6. § qui in acie, de re mil. in*
 P. In pari poena caligatus est, qui metu hostium, languorem si-
 mulauit. *l. omne § exploratores.* Qui filium suum, vt antea dixi-
 mus, subtrahit militi a belli tempore, bonorum parte multat.

tur, & exilio: si in pace, fustibus caedi iubetur: filius in deterio-
 rem militiam mittitur, *l. 4. § qui filium eod. tit. P.* Qui filium debi-
 litauit, delectum per bellum indictum, vt inhabilis militiae sit,
 deportatur, *d. l. 4. § eum qui filium.* Puffillanum quoque existi-
 mati qui se impatientia alicuius doloris, aut tædii vitæ, aut mor-
 bi, aut furoris, aut pudoris, vnlnerauerint vel mortem conscie-
 rint, & cum ignominia vulturur: & si nihil horum præten-
 dant, capite puniuntur, *l. omne delictum. 6. § qui se vulnerauerit,*
eod. l. si quis aliquid § si. Et l. respiciendum. § 20. de pan. in P. l. 1. § 2. de
bonis eorum qui mor. sibi conscuerunt. l. in fraud. m. § eius, de iur. ff.
cum sim in P. Iustinianus eum qui flagitiosa ignaui a dilectis in-
 quiri, & inuentum degeneris mortis gladium sub're iubet, ar-
 que retores provincie, qui hoc crimen in vel gratia vel dissimula-
 tione distulerint vindicare, patrimonii & existimationis damno
 subiicit, & priores officii capitali supplicio, *Iustin. in l. 1. § si. de de-*
sertor. l. 12. C. Polybius quoque testatur probo fuisse inter mili-
 tes Romanos, falso dicere apud tribunos se strenue fuisse in
 hostes, dispositiones, prædii locum metu reliquisse, telum ali-
 quod ob metum abiecit, *Polyb. in 6.*

¶ Qui ¶ excubias palatii deseruerint, capite punitur, *Pau. l. qui*
excubias. 10. de re mil. in P. Callistratus autem notat milites cu-
 stodias derelinquentes in periculum deduci, & pro modo ne-
 gligentia vel coerceri, vel militiam mutare, vel vltimo supplicio
 affici. *l. milites. 12. de custo. reor. l. 48. P. tit. 4.* Quod Neratius fir-
 mat, *l. si eod. tit. de custo. reor. in P. cum sim. ibi nota.* Epaminondas,
 cum custodias stationesque circuiret, vt disciplinam exemplo
 stabiliat, sopitum militem gladio transfixit, asserens quod qua-
 lem inuenerat, talem reliquerat. *Castris metatis, vt ait Polybius*
lib. 6. tribuni exigunt a singulis nihil furto & castris ablaturus: postea
excubias circa castra vallata ponunt, vigilias & circuitiones notis a-
gunt. scilicet Romanis. Aliqui præcedenti die admontis per singulas vi-
gilias, & aliqui certas circueunt. alii post eos sequuntur. Qui circueit a
singulis vigilibus accipit notas & suas tesseras. Si inueniat vigila dor-
mientes, vel reliquisse custodiam, cum sociis attestaciones accipit, &
mane apud tribunos producit tesseras, ex quibus cognoscitur qui reli-
querint custodiam, & tribuno custodiae vocato, res agitur: si dam-
natur, fuste caditur. Idem & si quis vigilias eorum calumnetur. Fuisse in
 castris vigilias quatuor ternarum horarum. vbi & singulis ignes
 nocturni, tradit Diodor. Siculus *l. 19. Bibliothec.*

¶ Inter ¶ ea quæ officii, quæ plura sunt, vnde decem munera & of-
 ficia tribunorum militum, adfert & probat *lib. 4. Commentari. resp.*
Roman. c. 10. V. Olympianus Laetus, tribunorum sunt & illud est,
 circuire vigilias seu excubias. *Martian. in l. officium. 12. § si, de re mil.*
in P. Quamobrem P. Pilius triumuir nocturnus a Pub. Aquil-
 io tribuno plebis accusatus, nam hæc cura ad adiles tribuno-
 que plebis pertinebat, populi iudicio incidit. ob id quod vigi-
 lias negligentius circueerat, *Paer. Maximus. l. 8. c. 1.* Opilius Ma-
 crinus, tribunum qui excubias deserui passus est; rotali carpento
 super annexum, per totum iter viuum atque exanimem traxit,
Id. Capitol. in Macrino. Apud Plinium. Liuium & alios, canes
 qui custodiae causa nocturnæ, in capitolio alebantur, quod ob-
 dormissent, nec detexissent hostium aduentum, Roma furca fi-
 xi & suspendi sunt, vt hominibus exemplo essent, non esse custo-
 dias & vigilias segnitè agendas vel omittendas. Leonem Basilii
 Imperatoris filium, Caetarem etiam, excubiariam maxime cura-
 ram gessisse, factum eius singulare testatur, de quo Luitprandus
 Tonnenfis *de reb. per Europam gestis, l. 1. c. 3.* meminit. Is enim
 vt experiretur diligentiam custodiarum & excubiariam, que ob
 metum vicinarum gentium disponuntur singulis noctibus per
 ciuitatem Constantinopolim, edicto, vt si quis nocte eat, cæcis
 carceribus mancipetur, vt postea mane de eo iudicium habeatur,
 ipse metin: ognitus solus, noctu in custodias data opera se
 coniecit, dicens se proficisci in lupanar, & corrupta prima cu-
 stodia duodecim aureis, pro: essit: inciditq; in secundam, quam
 & viginti aureis datis, euasit: in tertiam postea veniens, cæcis &
 carceribus mancipatus. Verum ipse se declarans carcerem præ-
 fecto, in sedem veniens, postea exilio multauit primam & se-
 cundam custodiam, & tertie harum & alia bona dedit. Ad dili-
 gentiam militarem pertinet lex antiqua Francorum, ab Heringe-
 ro rege decimono: orum lata, huiusmodi: *Princeps sub rege*
Francorum in potestate ducatu constitutus, diligenter sibi commissam
provinciam tueatur. Quod si negligentia eius subintraverint hostes
regionem, sigentem deserunt nostram, aut si incolas terre spoliauerint,
medietum bonorum suorum regis marisupio perdat. Et dux non sit am-
plius, sed priuatus vinas honore. Si volens introitum hostibus permittit,
 sepe-

- 2 *Caelia virgo obfus fugiens hostibus redacta.*
- 3 *Obsides pro fide rapti a dantibus puniti morte.*

Obsides ¶ ad soluendam inimicorum seu hostium obsidionem dantur, & ad fœdera sancita firmanda, vel in fidei pignus. Proinde & istorum cognitio, & iura ad militiam pertinere mihi videntur: & in potestatem eorum, quibus dantur, transeunt. & ita inter captiuos & subditos potestati hostium esse eos apparet. Sicuti Martianus ex Commodi rescripto ait. *Obsidum bona in obsidione quaestita. sicuti captiuorum, scilicet decedentium, omnino in fiscum esse cogenda, L. diuus Commodus. 31. de iure fisci. lib. 49. P. tit. 14. Ut nec de his testari possint, P. l. obsides. 11. de testament. lib. 28. P. tit. 1. Sicut nec qui apud hostes sunt, Caius in l. eius qui apud hostes. 8. eod. titu. de testam. P. nisi vel impetrauerint hoc beneficium expresse a principe, d. l. obsides, vel vsum togæ Romanæ, vel nisi cuius adscripti fuerint, Martia. in l. sed et si accepto vsu. l. 3. de iure fisci, in P. At de tinentur hodie obsides inter principes ciuitateque Christianorum, non tanquam serui, cum liberi homines pignori obligari non possint, l. qui flos, que res pigno. obligari non possunt, C. l. labor. de pigno. apud Grego. cum sim. sed vt eorum periculo & custodia compellantur, qui eos dederunt fidem datam præstare. Quod & iure pontificio probatum est, ca. exposta, ca. 11. de arbit. l. 1. Decret. tit. 43. ex rescripto, de iur. iur. & ibi Panorm. can. vt pridem. 23. g. fin. quod pertinet ad ius retentionis, sine libertatis & status diminutione. Quamuis seruituti accedat, non posse e loco certo liberare abire, l. 3. de libero homi. ex bi. P. potissimum dum consensus obsidis accessit, qui se ad id obligauit, & ob quem postea inuitus detineri potest, vt fides impleretur. Ioan. Faber. in §. fin. de iure personarum, Guido Pape. dec. 61.*

¶ Quamobrem ¶ repetita & restituta est Caelia virgo nobilis Po: sena: quæ clam ad suos transfugerat: quia pignore pacis adempto, fœdus violatum videretur, Liu. li. 1. deca. 1. Plinius li. de vris illustribus. ¶ Et ¶ verum nihilominus est, obsides luere delictam eorum, qui pro fide eos dederunt, si fidem ruperint: vt Romæ, postquam Volsci bellum integrarunt, trecenti antea dati pacis obsides, ab Appio Claudio in forum adducti, spectante & approbante populo virgines cæsi, securi percussu in illi sunt, Dionys. Halicar. lib. 6.

De Negotiis & Priuilegiis militum. Cap. 14.

- 1 *Miles quæ bona in prouinciis, in quibus militat, possunt acquirere.*
 - 2 *Equus militaris extra prouinciã militarem non mittendus, eo.*
 - 3 *Miles non debet exercere artem ludicram.*
- N**egotia ¶ quædam militibus vetita sunt, quæ paganis tamen concessa sunt: & rursus quædam singulari iure illis tributa, quæ non conceduntur paganis. Vetatur itaque militibus, primum ne prædia in prouinciis, in quibus militat, comparent, et si alibi possint acquirere, Martian. in l. milites. 9. & in l. milites agrum. 13. de re m. lita. in P. non licet. & l. qui officii, de contrab. m. tio. Præterquam in prouincia, si paterna eorum fiscus distrahatur, d. l. milites. 9. & l. auferretur, §. quod a præside, de iure fisci, P. l. filius, de in offi. testa. P. Item & domum licet inibi in pune emere, cum cesset in ea ratio, cur prædia comparare non possint: ne cultura studio militia sua auocentur, d. l. milites agrum. 13. Quo fit etiam, vt nec locare prædia possint, l. milites. C. loca, parçissimè eis commeatu detur, nec militarem equum extra prouinciã ducere permittatur, nec ad opus priuatum, piscatum, venatum miles sic mittendus, &c. l. officium. 12. §. patronus, de re mil. in P. Et Gratianus Imperator, colonos militare vetat, prohibet & iis, qui castrensis stipendiis otia quæta meruerunt, iam veteranis constitutis, tela in vsum vomeris ligonisque conuertere, l. si de mancipia, & colo patrimonial. um & saltu in tum, & c. l. 11. C. tit. 6. 2. l. milites. 15. de re mil. l. 12. C. Non debet miles ciuitatis curas arripere, alioquin priuilegiis omnibus militaribus nudatur, l. militares. 16. de re mil. l. 12. C. qualia sunt munera personalia, quæ illis inhihentur, d. l. milites. 15. de re mil. l. 15. C. l. armata, qui petant tutor. C.
- ¶ Militem ¶ qui artem ludicram fecerit, vel in seruitutem venire se passus est, capite puniendum Menander scripsit, teste Marcello in l. quædam de licta. 14. de pen. l. 48. P. tit. 19.

De Peculio Castrensi. Cap. 15.

- 1 *Peculium castrense quid.*
- 2 *Peculii castrensis mobilia non etiam immobilia sunt.*
- 3 *Peculio castrensi quæ annuum rantur, eod.*
- 3 *Peculium castrense nullo modo quaritur patri, nec quali castren-*

se. nec venit in collationem.

4 *Peculii castrensis, vel quasi actio, & dispositio ad filium, fa. perinet non ad patrem.*

- 5 *Testari potest filius fam. de peculio castrensi, vel quasi.*
- 6 *Peculium castrense quomodo ab intestato ad patrem pertinet.*

Quæ ¶ singulari iure concessa militibus sunt, priuilegia dicuntur, personis & rebus indulta, & personis & actibus eorum simul. In rebus, singulare est peculium castrense, nempe id omne, quod a parentibus vel cognatis filiofamilias in militia degenti donatum est, vel quod ipse filiusfamil. in militia ab aliis acquisiuit, quod nisi militaret acquisiturus non esset. Pompo. in l. castrense. 11. de castren. pecul. l. 49. P. tit. 17. l. 1. de castren. pecul. l. 12. C. tit. 37. ¶ Verum ¶ hic obseruandum est donata a patre ita demum in peculium castrense filiofamil. militis fore, si mobilia sunt, vel ex mobilibus comparata, non autem si prædia vel alia immobilia occasione quamuis militia donentur, d. l. 1. C. de castren. pecul. l. si filius, C. fam. l. erciscum. Item nec alia quæ aliunde, & alia occasione filiofamilias adueniunt, vt hereditas matris, & alia quæ acquisiturus esset sine militia, d. l. 1. de castren. pecul. C. dicit leg. castrense. eodem in P. ea enim castrensis non sunt, neque quæ vxor dederit filiofamilias militi, non tamen militia causa, l. si militi. 6. & l. si forte. 8. eod. tit. contra, si quid eidem dederit legaueritve, contemplatione militia, d. l. si militi. & l. si forte. & l. diuus Adrianus. eod. tit. Idipsum in alio instituentem militem filium, vel ei donante perpendendum est, vt si contemplatione militiae fiant tantum, & in militia tempore iuris peculii castrensis sint, non aliter, sed sint alterius peculii, l. 4. de castren. pecul. lib. 12. & C. l. miles. 5. l. hereditate. 19. l. pater militi. 15. & l. adtem filiofam. 16. & l. 1. fam. l. erciscum. l. 3. C. tit. 56. Fiunt & emta ex peculio castrensi, id est, eius pecunia, eiusdem conditionis, cuius sunt castrensis, l. 1. §. fin. de castren. pecul. lib. 12. C. l. 3. eo. tit. in P. vt res succedat in locum pretii fauore militiae, vt in quibusdam aliis, l. si vt proponis, de rei vindi. C. non tamen omnibus, l. si extra, eo. tit. ¶ Peculii ¶ castrensis singulare est, vt cum filiofamilias propter militiam non liberetur a patria potestate, l. 3. de castren. pecul. l. 12. C. & idcirco videatur patri omnia, saltem quod ad vsum fructum pertinet, quære, l. cum oportet. de bonis qua l. ber. cum sim. l. placet. de acquirend. possess. in P. §. 1. per quas person. nob. acquir. nihilominus tamen castrense illi proprium & præcipuum est peculium, & a patris iure omnino liberum, & ea quæ detulit in militiam concedente patre, l. 4. de castren. pecul. in P. & l. ex nota. 10. eo. l. 3. C. eod. tit. l. cum oportet. 6. §. exceptis. de bonis qua l. ber. lib. 6. C. titu. 60. nouilla consti. 22. §. quoniam vero semel, nec pater enim in adoptionem dando alii, nec in familia retinendo vel emancipando ei auferre peculium potest, l. pater qui dat. 12. de castren. pecul. in P. Neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare possunt: nec patre mortuo cum fratribus id commune est, §. ex hoc intelligere, quibus non est perm. ssum facere testament. lib. 2. Institui. titu. 12. id est, non confertur cum sui cessione patris: nec quasi castrense, l. si licet. 12. & l. fin. de collat. lib. 6. C. titu. 20. l. 1. §. nec castrense, de collatio. bonor. in P. Vt non possit pater filiofamilias militis seruum, qui in eius peculio est, manumittere testamento, vel ei libertatem legare efficaciter, nisi forsan filius ante patrem mortuus, patrem fecerit heredem, vel ab intestato ad eum peruenerit filii castrense peculium, Martia. in l. ex castrensi. 18. Tryphon. l. hereditate. 19. §. pater. & l. fin. de castren. pecul. in P. ¶ Habet ¶ itaque actionem periculationem que castrensiu rerum semper filius, etiam inuito patre: & quamuis paterfamilias militiae tempore, postea se arrogandum dederit, l. 4. §. 1. & l. fin. de castren. pecul. in P. imo & contra patrem agit, l. si qui vxore, de iuri. in P. l. Imperator. ad senat. Trebellia. & tunc voluntate patris alienat, d. l. de castren. pecul. lib. 12. C. Et si quid seruus peculii quarit vel stipulatur non patri, sed filiofamilias, cuius est peculium, acquirit, l. pater militi. §. si seruus. eod. In summa Iuuenalis priuilegium hoc militum his versibus ab-

soluit, Iuuenalis Satyra final.

Solis prætere a testandi militibus ius
Vno patre datur: Nam quæ sunt paria labore
Militia, placuit non esse in corpore census.
Omne tunc cuius regiminet pater.

¶ Disponit ¶ namque filiusfamil. de peculio castrensi vel quasi castrensi testamento, vel vltima alia voluntate, l. 1. quib. non est perm. ssum. fac. testam. ap. Insti. in. lib. 2. Insti. titu. 12. l. penult. & l. qui test. fac. poss. lib. 6. Cod. titu. 22. l. fin. de in offi. testam. C. & iure communi post militiam, & iure singulari militari, tanquam de propriis bonis & patrimonio, l. pater qui castren. 17. §. pater, de castrensi pecul. ¶ Si

¶ Si tamen intestatus decedat, pater peculium castrense filii familiae retinet, non tanquam hereditatem, sed tanquam peculium quod si testatus sit, ad heredem, vt hereditas pertinet. l. 2. de castren. pec. in P. l. proponatur, 9. eo. P. l. intelligi s. C. eo. tit. S. tamen filius, si heres sit alterius, pater qui ab intestato retinet peculium, illi heres sit vt filio. l. 1. eo. in P. Et in casu, quo in les filius familiae, reculauerit aditionem hereditatis, que ei ex castrensisbus occasio- nibus veniat, datur patri ad eundem licentia, vt ad illud perueniat ple- no iure, cum domino & usufructu, ac si pater fuisset ab initio he- res institutus, cum oneribus. l. si. s. similis, modo, de bon. qua. liberis, lib. 6. tit. 60. Peculium ita vt iure pristino apud patrem remanet, & acquisitiones quoque iacente hereditate a seruo peculiari fa- ctæ. l. filius familiae, 1. 4. eo. tit. P. Tenetur tamen pater, qui castrense peculium intestati filii retinet, res alienum intra modum eius, & annum vtilem iure pretorio soluere. Et si testamento heres scri- batur, perpetuo ciuilitur vt heres continetur. l. pater qui castren- se, 17. §. l. 2. §. l. proponatur, eo. tit. P. l. filius, ad l. Corn. de fia. in P. Sicut & alia priuilegia, que militibus, aliis etiam quam filiis familiae concessa sunt circa testandi priuilegium, de quibus interim videan- dus Azo in summa, tit. de milit. testa. in C. non autem suo loco alibi in testamentis, Deo iuuante, agemus de illis.

De Priuilegiis personis militum concessis, & ve- teranis. CAP. 16.

- 1 Priuilegia personalia militum.
- 2 Ignorantia iuris excusat militem.
- 3 Militum iniuria agere videlicet.
- 4 Militia paterna filius data.
- 5 Veteranorum militum priuilegia, & immunitates.
- 6 Veterani ex quibus causis amittunt priuilegia.
- 7 In iuriarum causis per procuratorem ab illis scribis tractatur.
- 8 Pactum de futura successione inter nobiles validum.
- 9 Militarium priuilegiorum ratio.

¶ Priuilegia personis militum quoque concessa sunt, quorum aliqua accipere, nempe, vt iuris ignorantia, vel error in exceptio- ne, suo loco proponenda, & omnia a milite ante sententiam, res- titutionem habeat in integrum. l. de iur. & fact. ignor. lib. 1. C. tit. 21. In aliis etiam a iure inductis solemnitatibus, militiae munus releuat: cum magis milites arma, quam iura scire expediat. l. in C. de iur. delib. lib. 6. ¶ Aliud tamen militiae priuilegium apud Iuena- lem. Satyr. 16.

Commoda, inquit, tractemus, primum communia, quorum. Haud minimum illud erit, ne te pulsare rogatus Au deat, excusos pratori ostendere dentes, Et nigram in facie tumidis humoribus offam, &c.

¶ Filius principatorum paternam sequuntur conditionem: & filii qui ex officialibus nati sunt, in parentum militiae vocantur. l. 1. §. 2. de filijs official. militarium, qui in bello moriantur, lib. 1. C. tit. 48. ¶ Veteranis tamen immunitates concessæ onerum & munerum in vniuersis locis ciuilibus, & operum publicorum, collationum, & vectigalium, que in nudanis præbentur, l. 1. de veteran. lib. 1. 2. C. tit. 47. 2. de priuileg. veteran. lib. 49. P. tit. 18. vt nec volentibus per- mittatur, nec in iuri militare cogantur, l. in C. eo. C. de veteran. nul- lis iniuriis incongruis pulsentur, l. prouidentiam, 2. eo. C. de vetera. sepententur a ceteris in pœnis, vt non dentur ad bestias, nec fustib. cadantur. l. 1. §. 3. de priuileg. veteran. lib. 49. P. tit. 18. Veteranis & liberis eorum, idem habetur honor qui & decurionibus. l. 3. de priuileg. veteran. A nauium fabrica exculantur, non constituuntur exactores tributorum, l. in eo. tit. si tamen veterani fide passii sunt in ordinem decurionum legi, ex consensu illorum tacito, muneribus fungi cogantur, d. l. in de priuileg. decur. l. voluntarie, C. de excus. tit. l. 2. C. de iis qui sponte muneribus subeunt, l. pen. si de vacat. munerum, in P. Quod si allecti in ordinem non sunt, sed sponte aliquod munus suscipiant ciuitatis, ex eo ad alia cogi subeunda non debent. l. 2. de priuileg. veteran. in P. l. 3. C. de iis qui sponte muneribus subeunt. S. b. eunt autem veterani vectigalibus, & patrimonij onera solentur, d. l. 2. §. si de priuileg. veteran. P. l. 2. §. 3. de muneribus patri. C. veluti viae ster- nenda, & angariationis nauum. l. via, 4. de priuileg. veteran. in P. ¶ Amittunt tamen priuilegia veterani, si latrocinij sese dediderunt. l. 1. de veteran. lib. 1. 2. C. ¶ Fautur tamen nobilitati maxime, quando il- lustres viri inde sunt, & quando militant vt neque iudicio, in causis iniuriarum, cogantur ad esse, sed possunt per procuratorem litæ exercere. l. si de iur. lib. 9. C. tit. 36. l. quicunq. iuncta authent. seg. de 7 honor. C. l. quoties, de dignit. lib. 12. C. ¶ Possunt tamen pacta heredita- tem suam donare inter viuos, licet in paganis imperetur pacta

de ea. l. licet, C. de pact. vide de hoc Nicol. Boer. decif. 204. nu. 4. §. 5. ¶ Et certe, dum res & status militaris ad verum reducitur, vix a- lia personæ mihi videntur priuilegiis, aut maiori commiseratio- ne dignæ, siue boni sint, siue mali milites ob eorum usum: imo & peiores & truculentiores huic muneri meliores, & est in vni- uersis, inquit Philemon comicus, vt habetur in sententiis comicor. ¶ Quæque de re legia, in vniuersis rebus, id est, o miles non homo, qui paciferis

Quemadmodum victima, vt cum tempus fuerit immoleris. Et incitandi priuilegiis sunt mortem oppetere, quam omnes na- tura refugunt. Ecce vita & morte sceleratorum priuilegiata bo- norum hominum, salus & bona cum modico detrimento con- seruantur. Sicut & boni & strenui pariter milites, qui pro repu- blicæ salute occupati, merito priuilegiis honorantur, vt bene me- riti, ad bene mere dum eisdem allecti.

De Priuilegiis militum circa illorum iudicia.

CAP. 17.

- 1 Milites coram suis ducebus conueniendi.
- 2 Magisteria dignitatis in iudicio eod.
- 3 Iurisdictio magistrum in milites quatenus extendatur.

¶ Statuit Justinianus milites conueniri, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus coram ducebus iuris, in l. in cum suis §. de ro- mil. lib. 12. C. tit. 36. duces & milites coram magistris potestatis sic etiam ducebus iurisdictio concessa est, vt non immutatur magi- sterie administrationis eius prouincia, vbi duces sunt, potestas, d. l. si de re milit. l. magisteria, 6. de iuris. omn. iudic. C. lib. 3. tit. 13. l. 2. vbi quis de curiali vel cohortalis alia ve conditione conuenia. lib. 3. C. tit. 25. videlicet inter milites viros, & reum militarem aut ci- uiliam questionum. d. l. magisteria, Cum miles, nisi a suo iudice coerceri non possit.

Legibus antiquis castrorum, & more Camilli. Seruato, miles ne vllum litiget extra. Et procul a signis, Iustissima centurionum. Cognitio est regitur de milite, &c. Iuuenal. in Satyr. 16.

Sic officium regentis exercitum, in obseruanda, sicut in regenda militari disciplina versatur, inque delictis secundum suæ auctorita- tis modum castigandis. l. officium, 12. in prin. §. si de re milit. in P.

¶ Quo tamen sit iurisdictio magistrum, vel militaris, tum maxime in milites solummodo locum habeat, quando de crimine militari questio est contra militem. In alio autem communi crimine, placuit distinctionem adhiberi, vt si illud atroc sit, iudex eius loci, i quo miles deliquit, habeat cognitionem & coercionem: si autem leue, vel mediocriter, habeat tantum notionem, remittat autem coercionem ad magistrum militum. gl. in d. l. magisteria, per l. si in fine, de accusat. in P. §. l. in prin. de re milit. lib. 12. C. argumens §. pen. ut clericus apud proprios episcop. in authent. text. in l. 1. 2. §. 4. de offic. magistrum milit. lib. 1. C. tit. 32. Sauserunt quoque Theodosius & Valentinianus CC. milites armate militiae, cum in militia sunt, vel in commatu legitimo, posse vti pro ciuilibus negotiis fieri præ- scriptione, non autem inermis militiae milites, si conueniant pro publicis functionibus, vel priuatis negotiationibus, l. vniuersa, in quib. casus militum fore præscript. vti non poss. lib. 3. C. tit. 25. l. 3. de offic. ma- gistrum milit. C. que militibus armatis interdixit sunt. l. si. C. loca. §. tit. negotiatione milit. lib. 1. 2. C. Ex constitutione regis Galliarum Caro- li V. vetitum est, ne pœdente tempore hostilis bellis tunc vrgen- tis, quisquam nobilis aut ignobilis, alteri vel mutuo sibi bellum mouerent, clam aut aperto Marte: atque decretum in huiusmodi, inquietos iudices locorum, puta fenelcharcos vel iudices, sus diceret posse, & armata manu compescere. constit. Carol. P. art. 9. in primis. Franciscus I. huius nominis rex Gall. statuit quoque, vt si- pendij suis contenti viuam milites: etiam equites, ademitque vrgen- tiam ne in oppida frumentandi causa exirent, ne quicquam ab his caperent, neve victum inde extorquerent gratis, & si com- perti fuerint ita prædas vel concutiones agere, notionem & coer- citionem primum concedit lacunculoribus, marchariorum, & demum illis vindictam distillantibus, iudicibus locorum ordi- nariis. al. o. donnance du Roy Francois premier. sur le fait de la guerre. art. 5. Theodosius & Valentinianus, apparitoris magistrum potestatis causam de statu, de curia vel officio cohortalis, vel de tribus vel functionibus ab eo debitis, in prouincia motam coram rectoris prouincie, per prouocationem suspensam, termi- nari debere a præfecto pretorio simul & magistro mi- litum, statuerunt. l. eo. casu. 33. de ap- pellat. lib. 7. C. tit. 62.

De Magisteria militari dignitate.

CAP. 18.

- 1 Magister quis dicitur.
- 2 Magister populi dicitur.
- 3 Magister equitum quis. eod.
- 4 Praefectus praetorio quis.
- 5 Magister peditum.
- 6 Magistri militum prouinciales.
- 7 Praefectus Galliarum.
- 8 Praefectus Galliarum, & eorum potestas, eod. & num. 6.
- 9 Praefectus Praetoriorum potestas, eod.
- 10 Praefectores de quibus non cognoscant.
- 11 Pendere in parte, latrunculatorem, aut iudicem quando quis possit.

9 Iudicia potissimum capitalia praecipienda non sunt.

10 Latrunculatores summarie & de plano iudicant.

11 Iurisdictionis Praefecti & tribunorum militum in Gallia leges.

1 **Q**uia in superiori capite meminimus de potestate magisterie administrationis, visum est non alienum a methodo, de ea pauca annotasse. Magister dicitur, cui alicuius rei praecipua cura demandatur. *L. cui praecipua de verbor. signif.* Proinde latissima eius, ut rerum est appellatio. Quare eam restringimus tunc ad res & personas militares, quibus summa militiae cura demandata est. *¶ Cicero* magistram populi dictatorem vocauit. *Cic. 5. de finibus.* Et hic erat militum omnium per consequens magister. Verum tamen dictatori magister equitum additus est, qui, ut ait *Polybius*, apud Romanos magistratus erat officio dictatoris subiectus, qui tenebat in exercitu eius locum, si quando illum abesse necessitas rei publicae cogeret. *Polyb. lib. 3. histor.* Quales tribuni ceterum apud priores Romanorum reges, de quibus *Dionys. Halic. lib. 1. antiq. Rom.* tales fere apud dictatores expulsis, regibus, magistris equitum, & ut dictatori summu in populum fuit, ita in omnes milites & accensos, magistro equitum. *l. 2. §. populo deinde nullo de orig. iur. P. Fenestella lib. de magistratib. c. 9. ex l. 2. decad. i. Linn. Europ. lib. 1. c. 6. Encl. de temporibus Dionys. Halic. in 5.*

2 **¶** Deinde in constituto imperio ad vicem magistris equitum, praefectos praetorio institutos esse, a quibusdam scripturis traditum est. Nam cum apud veteres, dictatores ad tempus summa potestas crederetur & magistris equitum sibi adlegerent, qui associati principali curae, militiae gratia, secundam post eos potestatem gererent, regimentis reipublicae ad Imperatores perpetuo translatis, a similitudinem magistrorum equitum, praefecti praetorio a principibus adlecti sunt, data eis pleniori licentia ad disciplinae publicae emendationem. *haec omnia ad verbum scribit Arelus Iuriso. in l. 1. de offi. praefect. praetor. lib. 3. p. tit. 1. & Pomp. in l. 2. §. populo deinde, & §. hunc magistratum, & §. ius dictatorib. & §. quod ad magistratum, de orig. iur. lib. 1. p. tit. 2.* **¶** Inclinate in subinde

3 **¶** Imperio & magister peditum factus, quem, inquit *Wolfgangus Ladius, lib. 4. de rep. Rom. c. 9.* hodie vocamus, *supremum regentorum.* Et cum olim, qui in officio praefecti praetorio erat, & magister esset equitum & militum: tandem mutata forma, separata officia sunt. **¶** Atque in crescente imperio, per prouincias magistris militum creati: ut in partibus orientis Constantinopoli, magistris equitum & peditum praefecti duo: & alii tres, equitum & peditum per Orientem: equitum & peditum per Thracias: equitum & peditum per Illyricum. *in lib. Not. vniuersi, Imperii haec & quae sequuntur.* Sub dispositione seu cura vniuersi magistris militum praesentis, erant vexillationes palatinae quinque, vexillationes comitatenses septem: legiones palatinae sex: auxilia palatina 18. Sub alterius viri illustri magistris militum praesentis dispositione, alterius ordinis vexillationes Comitatenses sex, legiones palatinae sex, vexillationes palatinae, sex: auxilia palatina 17. quatuor nomina & distinctiones notat *liber*, qui *Notitia vniuersi* Imperii dicitur. Porro sub dispositione magistris militum per Orientem comitatenses vexillationes septem: legiones comitatenses nouae: pseudocomitatenses, decem. Officiumque magisteriae potestatis per Orientem, cardinale habitum: & per Orientem, 25. magistris militum. Sub dispositione illustris viri magistris militum per Thracias, vexillationes palatinae tres: comitatenses quatuor: & legiones plures comitatenses: & per Thracias magistris militum 15. Sub dispositione viri illustri magistris militum per Illyricum, vexillationes comitatenses duae, legio palatina vna: auxilia palatina sex: legiones comitatenses, octo: & pseudocomitatenses nouem. Et alii magistris militum per

Illyricum. Addit & creauit cum orientalibus magistris aliam magistrum Iustinianus per Armeniam, sublato comite, cui commisit Armeniam primam & secundam, & Arzetenam, Atheznam, Balabethenam, & Zophenam, & Pontum Polemoniacum. *l. fin. de offic. magistr. milit. lib. 1. c. tit. 32.* In Imperio Occidentali erat magister peditum in praesenti, magister equitum in praesenti magister equitum per Gallias, ultra virum illustrem praefectum praetorio Italiae dicecefos. Sub dispositione viri illustri magistris peditum praesentis, erant comites certi militum, ut Italiae, Africae, Tingitaniae, tractus Argentoratensis, Britanniarum, litoris Saxonici per Britannias. Duces limitum decem, Mauritaniae, Caesariensis, Tripolitani, Pannoniae secunda, &c. Legiones palatinae 12. ut Iouiniani, Herculaniani seniores, &c. Auxilia palatina 63. ut cornuti seniores, braccati, &c. Legiones comitatenses 32. pseudocomitatenses 18. quae numerantur in *Notitia vniuersi* Imperii. Sub dispositione viri illustri & magistris equitum praesentis, vexillationes palatinae nouem: vexillationes comitatenses plures in praedicto libro relatae, ubi & de illis, quae cum viri illustri comite & magistro equitum Galliarum erant.

4 **¶** In in regno nostro Galliarum, magister equitum Praefectus est dicitur aliquando, seu comes stabuli sacri, cuius & meminerunt *Historia Romana, in l. 1. de comitibus. & tribus, schola. lib. 12. c. tit. 11.* antiquis *Metor*, de quo nos fere alibi, diximus in *fundis, c. 1. quo de comitibus tractamus*. Sunt & tribuni militum quatuor, ad quos post magistrum militum rei militaris summa referuntur, vocantur *marescharchos*, vel *mareschaulx*, quibus ea potestas in milites que magistris equitum. Eorumque partes sunt castris locum eligere, vnde a nonnullis magistris castrorum dicitur, milites in officio continere, in quos vix & necis potestatem habent, quod munus latrunculatoribus demandatur, qui ideo dicitur, *Prenoz, des mareschaulx*, qui prope modum similes illis, quos *Irenarchos* iura dicunt, *l. vni. de Irenarch. lib. 10. c. tit. 75. l. d. ius. de custod. reo. in P. l. §. Irenarchos. de munerib. & honor. in P.* emendandae disciplinae publicae & moribus praefecti. **¶** Quibusque absque prouocatione ex regio edicto licet emanatos, apollidas, accos, per lasciuiam quid agentes, mulierum stupratos, poena capitali afflicere, existat *constitutio regia Francif. primi, tit. de iurisdictione des prenoz, des mareschaulx & leus lieutenantis*, demum & qui de omni crimine militari cognoscunt. Et proinde isti latrunculatores magistris militum, vel tribunorum sunt perpetuo castrorum & exercituum comites, ut prospiciant quieti inbitorum seu regnicolarum, caueant ne vlla opprimantur a militibus seu a latronibus iniuria, quam subito, & quam citius fieri poterit vlcisci debent. *in constitutionibus Aureliae editis, in comitiis generalibus. artic. 66. 67. 68. vide Baldum de horum iurisdictione in §. fin. de probib. seu aliena. per Federic. in vlt. feudor.* Quibus annexi sunt eadem ob causas latrunculatores prouinciales, quibus eadem cura demandata est: ea tamen lege, ut fenesthalchos iuridicos, & iudices locorum ordinarios consulant, & cum illis conferant acta, quae in reos sibi subditos fecerint, vel quae inquiserint, ut iudicium ex illorum notione celeriter inferatur. *in d. constitut. Aurelia. artic. 69.*

5 **¶** Dicitur in omnibus latrunculatoribus tamen lex, ne de delictis & criminibus non militaribus cognoscant eorum, qui tempore, quo delinquant, domicilium alicubi & laeum fouent, sed remittant ad iudices ordinarios cum illorum acribus, *ead. constitut. artic. 70.* nullam enim est illis certum territorium, ut iudicatum in Senatu Parisiensi, anno 1388. **¶** Eodemque in Senatusconsulto placuit, ut si prouocatione ab illis interposita quis eos aduersarios citet, dicunt *prendre en partie*, & bene prouocatum sententia iudicetur, possunt multa, & ad sumtus damnari. *Papus, lib. 4. Rhapsod. arestor. tit. 11. arest. 2. Anfrerius, in stylo parlant, in arestis, aresto 46.* Porro latrunculatores, & alii cuiuscumque gradus indices, tanquam aduersarii in ius vocantur prouocatione, scilicet, *sont pris en partie*, demum ex officio, sine accusatore vel delatore, vel non seruatis iuris solemnitatibus iudicant: quia in eo casu, accusatoris vices agunt. *Barthol. in l. 2. §. si publico, ad leg. Jul. de adult. P. Innocentius, in c. in nostra, de procurat.* Ideo animaduertendum est illis, ne reos aliter iudicent: quam secundum acta & probata, *l. illicitus, §. veritas, de offic. presm. P. & secundum probationes*, quae sunt luce meridiana clariore, *l. si de probat. C. de quibus scriptura iudiciali, quam vocant le proces, constet. ea. quoniam contra, de probat. apud Gregor.*

6 **¶** Nec in summario & praecipiti iudicio, adimenda est reis defensio, quae est naturalis: nec inaudium condemnari morte oportet. *l. 2. ad legem Corneliam, de sicariis, libr. 48. P. tit. 8. l. 3. de*

l. 3. de remilitar. in P. Clementin. pastoralis. de re iudic. Si enim iniuria, ex eo quod iure faciendum commissam potestati est, nascetur contra legem praescripta, *l. m. m. in re iudic. vnde vi. C. & precladeretur innocentibus vel temere suspicis, vel calumniose delatis, purgandi criminis occasio, vita cum loquendi facultate, supplicio intercepta.* & daretur latrunculatoribus grassandi impune occasio: cum tamen satius sit nocentem absolui, quam innocentem damnari. *l. absonem, de poen.* Proinde eum in minimis & civilibus negotiis iudicatur iudici, ut plena disquisitione ea examinet, *l. iudices. 9. & a. ubi. in h. m. de iudic. lib. 3. C. tit. 1. §. sed hoc, ut cum de appella. cognosc. in a. ubi. coll. 8. confit. 1. 2. ca. iudicantem. 3. 0. q. 5. multo magis, ubi de vitæ hominis agitur discrimine, cautiùs & diligentiori calculo res examinari & perpendi debet. *l. addictos, de episc. audi. C. l. addictos, c. ubi periculum, de elect. in 6.* Nec arbitrio vnus hominis iudicis videlicet committi debet: neque ut id committatur a principe iuste impetrari potest: & si impetretur, iniuste fieri. Quo denique negotii totius cognitionem tollit, & vices principis negotii exhaurit, sine grati alterius partis dispendio conuelli non potest. *l. 2. de precibus Impera. offer. lib. 1. C. tit. 2. In lege Julia de repetundis caput est, ut iudex, qui ob h. minem necandù pecuniam accepit, vel non accepit, vel quem punire non debebat, interfecerit vel innocentem, vel quem punire non debebat, capite plectatur, in insulam deportetur, ut pleriq. puniti sunt. *Marcellus in l. lex Julia. 7. §. fin. ad leg. Jul. repetundar. lib. 48. P. tit. 11.* Opportet itaque hos latruncultores prius crimina reorum iurisdictionis suæ discutere, quam damnare, nec ordine turbato prius damnare, & deinceps probationes quaerere & literis mandare. Non enim praepostera diligentia vita homini adempta a iudice restitui potest: & potius a probatione, quam ab executione incipendum est. *l. 1. de executio. rei iudic. lib. 7. C. tit. 13. §. Non t. diffitemur tamen, sapius hos latruncultores summarie & de plano animaduertere debere in latrunculos, & reos suæ iurisdictionis: imo & expedita fieri, & ea ratione demandata cura est, vel ad pacandam seditionem, vel ad tollendam prouocandi & euadendi scelestissimi hominibus occasionem. Verum constare debet primum sceleris esse reos, vel quod deprehendantur in scelere, vel testimonia plana & dilucida sint, quæ non possunt suppleri villo modo clausula illa, ut de plano & summarie procedatur. §. 1. *Et ibi gl. in verb. summarie fuisse docet. tit. quomodo in la. maiest. crim. proceden. sit. in extr. au. gan. post. v. sam feudorum, ut nos alibi, Deo fauente, docebimus. in tit. de iudicis, dum de ordine iudiciorum agitur.****

11 ¶ Leges t. iurisdictionis magistri equitum, seu Conestabuli, & tribunorum militum, quæ iure Gallico ex constitutionibus re-

gum desumuntur, vide constitutiones regias in tom. 2. Rubric. rubri. de iurisdictione du Constable, & seq. docentur constitutione Iohannis regis Galliarum. Cautum itaque, magistrum equitum cognoscere de apparitoribus, armorum, quos vocant *sergenz, d'armes*, si illi conueniantur actione personali, non etiam si agant. Similiter & de causis ius dicere tribunorum seu mareschallorum, & eorum subpraefectorum, si in acie sint & conueniantur actione personali, non autem si ipsi agant. Porro ad curiam magistrum equitum, & quatuor tribunorum, quæ notione habet Lutetiae in menta matmorea, res bellicæ pertractandæ referuntur, omnia crimina parata per milites, qui sub signis & numeris militum regis, siue ii sint equites, siue pedites, in acie vel stationibus, seu praedictis existentes: causæ captiuorum belli, & redemptionum eorundem, de præda, & aliis bellicis negotiis. Si quidam stipendiarii contumaces sint in praepositos, siue ii ordinibus relictis, sine commea exercitum reliquerint. Si praepositi numeris stipendiariis, ex ordinibus abiciant sine causa, prius in scriptos. De negotiis quæ suboriuntur contra exploratores, proditores, transfugas, desertores militiae: de causis & litibus maxime personalibus, quæ sunt inter admissarios, dictos *huissiers*, & faciales, tubicines, & alios milites, de rebus militariis, vel occasione militiae: de deductionibus ciuitatum, castrorum, vel oppidorum ex incuria vel perfidia praepositorum: de contumacia eorum, qui in euocatione militiae non ad sunt, vocant *desaillans au ban* & *arriere ban*. De solutione stipendorum militum: de criminibus quæstorum militarium circa solutionem stipendorum: de delictis & concussionibus latrunculatorum, mareschallorum, vel subpraefectorum, & apparitorum eorum: & de controuersis, quæ inter eos oriuntur ob depositionem seu exauctorationem ab officio. Item de codicillis gratiæ, quæ militibus vel quæstoribus dantur ob commissum delictum militare, vel circa militiam.

De Collegiis militum. Cap. 19.

1 De Collegiis remissive.

Sed t. hæc hæcenus de personis, & rebus militaribus dicta sint. Supererat, ut pro superioris libri implenda fide, hoc loco de collegiis, & personarum, ob illa, nomenclatura ageremus. Ceterum paulo antea dum de personis a rebus sacris distinctis tractarem, expedita est hæc pars proprio capite de collegiis: & de militum sodalitiis sacris Melitensium Hierosolymitanorum, & aliorum dictum est. Quocirca non recantabimus hic eadem, sed ad alia me transferam.

Kk 2

Syntagmatis iuris vniversi libri decimonomi, & secundæ partis eiusdem, Finis.